



Georgy 539



Georgs-B.



**Resolutiones
lutherianae
super pro
positio
nib' suis lipsiar
disputatis: eme
datae.**



1520

1520

EPISTOLA LVTHERI.

IHESVS

OPTIMO ET ERVITIO VIRO D.GEORGIO
SPALATINO, ILLVSTRISS. PRINCI
PIIS FRIDERICI SAXONIAE, ELEC
TORIS IMPERII, EIVSDEM
QVE VICARII, ETC. A
LIBELLIS ET SA
CRIS, SVOS.

Nihil magis
optandum Chri-
stiano homi, q.
ut veritas triu-
phet, & error
traducatur.

Sustus non est
lactator sui,
sed accusator.

Lipsica dispu-
tatio, nō veri-
tatis iquisitio,
sed tēporis per-
ditio, extitit.

ESTORIAM famosæ huius disputationis, quam LIPSIAE habuimus: optime SPALATINE: cupis nosse. ea vel maxime causa, qd audieris. Eccum nostrum, & Eccianæ factionis aliquot homines, iam diu & secure triumphare, encomiæ cantare. Ego sane gaudeo, & gratias ago, si tam vera est victoria, quā magna est iactantia. Quid em Christiani, prælertim theologis, magis optandum, quā vt veritas triūphet, error traducatur? Sed ruris, quādo vñq auditum est a seculo, hanc esse gloriam veram & stabilem, quæ seipsum prædicat, & ante tempus iactat. Nōne in hanc sunt prouerbia ædita: Encomium ante victoriam. rumor ante salutē. Deinde illud triūphum. Propria laus foderet, & laudet te os alienum. Tum Christus, si gloriam meam quærerō, gloria mea nihil est. Et prouerbiorum autor Salomon, hereditas (inquit) ad quam in principio festinatur, in fine benedictione carebit. Iustus em (vt scriptura dicit) in principio nō est iactator, sed accusator sui. Phariseus autem prior est laudator sui, simul accusator oīm aliorū. De Eocio nostro autem eo facilius credo, iactasse eum victorias, quo iam oīlm mihi est in genium hominis perspectum, vt gloria miserrimum mancipitum, qd iam magis expertus sum, solere eum in disputatione magis criminari, quā disputare, & more indoctorum declamatorum, tempus conuictus, & cōtumelias hominum perdere. Ideo nihil mirum, si nō nisi gloriam querat. Mihi vero, qui iam duos annos, patior multos eiusmodi victoriae iactantissimos, & vanissimos gloriatores, rabidosq; criminatores, deinde cōtempsi. nescio, quæ tardata mihi intentata. pro minimo est, hanc eorum simulatam gloriam audire, quorum magis misereri, quā pigere oporteat. Nam, si conscientia eorum idem gloriaretur, ne dubites, foris neq; gloriarentur, neq; criminarentur. Tamen, vt tibi satisfaciam, breuiter rem ipsam, secundū veritatem describam, & ita describam, vt intelligere possis, disputationem illam, fusile perditionem temporis, non inquisitione veritatis. DEINDE, Eccum Eccianosq; simulare in gloria aliud, & aliud sentire in conscientia. Nam, quantum in Eocio fuit, fere nullus scopus tactus est. Sin tactus est, nō nisi notissimis, & vulgo proculcatis argumentis, certatum est. Nam deus nouit, qd totam istam conclusionum cohortem, multo acrisus

& validius nostri Vuittenbergenses, duobus annis oppugnauerunt, & ita examinauerunt, vt ossa earum numerare licuerit, quas Eccius, vix in facie cutis leuiter perstrinxit, nisi qd multo fortius clamauit vna hora, quā nos integris duobus annis, ac gestibus immanciter fastuolis & gloriolis, etiam seipsum clamatorem superare velle vīsus est. His em̄ moribus, sane quietis & tranquillis, pacificā illam, & in silentio ac mysterio profundiissime quietissimeque latenter theologiā, quāslīū hucusq; Ecciana modestia. Ita me de us amet, fateri cogor, nos esse victos clamore & gestu, hoc est Ecciana modestia, si em̄ ipse vocat. Verum, antequā rem ipsam dicam, præfabor & veniam petam, si homines quosdā inuoluā patiter, libenter om̄issurus, si ipsi sele non inuoluissent sine causa, & vt dicitur, Neutrales & indiferentes habuisent vtrincq; ideo non mihi, sed sibi imputabunt, si tangatur & ipsi, quos par gloriæ studiū, & inquietata iam diu inuidia coegerit, pro Ecco contra nos machinari, nō bonas machinas, non sane om̄nes dico. Nam, aut in ea Academia præclarissima, candidissimi, & rectorum studiorum optimi assertores, atq; hoc ipso tamen nomine alterius illius fermenti hominibus, velut sues in oculis, & offendiculū a latere, vt Iosue verbis dixerim. Sed & prudentissimus senatus, ornatissimiq; ciues, tam absunt ab hoc maligno ingeno, vt nemo magis abominetur, hoc peruersum & bonis literis inimicum genus. Omnī aut maxime laudādus est, illustrissimus Princeps dux Georgius, qui vere principali clementia & munificentia, nihil om̄isit, qd ad felicissimum huius disputationis fructum facere possit, si talis fuisset, vt pura veritas, posthabita gloria, quereretur, deniq; & sua splendidissima præsentia, id negotii dignatus est mirifice illustrare, omnia cauens & monens, vt modestæ, & querendæ veritatis studio agerentur. Nihil ergo optimē huic vniuersitati me debere confiteor, quam omnem honorem, & omne officium, dumtaxat inuidiam quorundam (vt sunt res mortalium ex nulla parte integræ) fateor mihi satis displicuisse.

IGITVR, hæc est siue tragedia, siue commedia huius disputationis (quā Satyrā potius dixeris) Primo ruptū est pactū, quo inter Eccium, & nos conuenerat, vt libere disputaretur, & excepta per Notarios, in publicum totius orbis iudicū ederentur, quēadmodū in literis vtrincq; editis legitur. Nam, voluit potius Eccius noster si ne Notariis, meritis & liberis clamoribus rem agi. Confenserunt in idē suæ factionis viri, vbi hoc obtinere nō potuerūt, ad alia paci illusionem itum est, scilicet, ne excepta per Notarios ederentur, nisi iudicibus nominatim & communiter electis oblata, accepissent sententiā. Additum est cōmentum, quo velut honestissimo titulo, Additū com̄ hoc foedifragium apud idiotas ornaretur, videlicet, oportere iudicētes certos habere, quos si recusaremus, iam haberent, quo in idiotas foediōdum vulgi nos traherent & iactarent. Nolle scilicet nos pati fragium ornillos iudices, Ita solidissima veritas Eccii & Eccianorum, metuit retur.

A

Ecciana mode
stia.Laudanī rec-
torum studio-
rum, Lipsice
Academīæ, af-
fertores.Laus illust-
ris principis Ge-
orgii,Nihil morta-
lium ex omni
parte beatum.Quid prin-
cipio disputati-

onis actū sit.



EPISTOLA LVTHERI,

lucē & publicē, sibi scilicet optime conscientia, quasi orbis & cuiusq[ue] optimi viri iudicium parum sit, quo recepta sunt tam multa, quae olim sancti patres dixerunt, scripserunt, disputauerunt. Fecerunt ita forte, qd iudices fore sperarent eos, quos in vniuersitatibus pas sim contra nos, pro se stare sciebant. aut quod magis suspicor, quod Eccius meus conscientia sibi non intellecta a se scripturæ, latibulū huius conscientiae hac ratione quereret. Nam, & si est homo in literis humanis, & opinionibus scholasticis varie & copiose eruditus, tamen sacrarum literarum ego inanem inueni disputatorem, qd mihi pro modestia sua ignoscet. quia verum dico, & suo tempore probabo, vbi ea non sufficerint, quae ipsem in papryrum effudit, testimonia imperitiae huius credibilis nimis. non qd mihi soli vendicem scripturarum sanctorum scientiam (sic enī me solet criminali, quādo aliud quod dicat, non est ad manum) sed qd arbitrer me in sacris literis tantū versatum & exercitatum, ut de scholastici theologi scientia, qui sacras literas vix a limine salutavit, possim sine periculo pronunciare.

ALTERA machina fuit, Carolostadius noster secū libros sat

tulerat. Cū sit honestissima disputandi & tutissima ratio, ex præ sentibus libris loca ostendere, & dicta vel probare vel confutare. magno tumultu hoc Eccius noster detrectauit. Nam, videbatur cuiusdam compilatoris ingenio & opera fretus, multas cōsarcinalia se autoritates s. patrum, studioq[ue] factionis suas auxisse, ibi periculum erat, nec sicut aliquies cōuincebatur, ita semper cōuinceretur, male induxisse dicta patrum. Nam, cum præcedentia & sequentia nō vidisset (nec em veritas, vt dixi, querebatur ita illas aptauit ad propositū, vt nihil minus valeret ad propositū, nisi qd delectabat eum aliquādo & risum miscere auditorio). Staruerunt ita pro Eccii voluntate, libros domi relinquendos esse, & solius memorie & linguae viribus, ac libertate disputandū. hoc est, qd optimi quidā dixerunt, hanc disputationem, non de veritate, sed de laude memorie & linguae, agitari.

PRÆTEREX VIT tamen & hic Adam ille, foliū fici pulcherrimū, quod sane nullus, nisi sit stipes, intelligat. videlicet, puerile & ridiculum esse, theologum e libris aut schædis disputare. Et mirum, quā blandum sibi vulgi murmur hoc ingenio inuenirunt, qd de his rebus indicat, sicut de puerorum scholasticis exercitamentis, quasi non & Augu, contra Manicheos & Donatistas, collatis libris pugnauerit. Verum, veritatē ille querebat, non gloriam.

PRÆTER EO, qd Eccio necesse fuit ultimū verbum cedere, siue opponeret, siue responderet, vt sic argumēta insoluta, facilius victoriā simularent. Tum, si alicui rei finienda dictus fuisset dies, liberum illi fuit hoc nō obseruare, nos religiosos & obseruantes esse oportuit. Breuiter, qui pugnatū veneramus contra errores & heresles, cum inuidia & vanā gloria negotiū habere coacti sumus. Nam, quod ad me pertinet, cum me tot condonibus, in-

Eccii eruditio.

Honestissima
etutissimacq[ue] di-
spicendi ratio,
& fit per præ-
sestes libros.

B. Augustin⁹
contra Mani-
cheos & Do-
natistas, colla-
tis libris pug-
nauit.

populo fa-
transeo, vni-
sictū quide-
ip̄i, Caro-
laba confi-
Quin egr-
ret, ne vic-
to ea quæ
cōcelit, in
sententia
re, schola-
sentiret in
legisset, si
preolū cu-
Bonau, &
nz homi-
larent, cu-
signis, ma-
factū. Na-
celebriori
gasset, Pa-
nos (q̄s v-
& gra) cō-
nāt, qui d-
ter cōuin-
centiores
sentit. Na-
asserueri
certe dicu-
toriū fieri
re dictan-
mare vo-
Nec han-
ea prōpt̄
& Carol-
goriū in
Constan-
similē, d-
Gregoriū
Scholasti-
pro Scho-
qua glo-
nibus Sa-
clesiastic-
mus Sch-
eure se-
cū

AD GEOR. SPALATINVM.

FO. III.

& cuiusq;
multa, qua
. Fecerunt
atibus pas
picor, quod
, latibulū
omo in lite
se erudit,
torem, qd
o tempore
rum effu
d mihi soli
e solet cri
d qd arb
, vt de scho
salutauit,

cū librosat
rio, ex præ
confutare.
videbatur
cōsarcinal
ibi pericu
ninceretur,
& sequen
illas apta
issi qd dele
ruerunt ita
solius me
st, qd opti
, sed de lau
men & hic
sit stipes,
m e librī
ulgī mur
ur de pue
contra Ma
n, veritatē

erbum ce
isoluta, fa
ctus fuis
& obser
contra er
abere coac
onibus, in

populo fabulā & sibilum faceret, ita volentibus suis sqamis, libēs
transfō, vt qui nihil & que optarim, quā nois mei obliuionem. Nec
sic n̄ quicq; promouerunt, nam velint, nolint, testari coguntur &
ip̄i, Carolostadii positiones domū saluas rediisse, nec vna vel syl
laba confutatas, quas etiam crudas deuorare Eccius statuerat. Quin egregius iste scholasticorū doctorum patronus, quo caue
ret, ne vicitus videretur, iter disputandū Protheum imitatus, subi
to ea que in principio magno impetu impugnarat, in fine omnia
cōcessit, immo affirmauit, tum p̄cēoccupans gloriatus est, qd in
sententia suam Carolostadii pertraxerit, audens etiam hoc dice
re, scholasticos doctores nunq; aliter docuisse & sapuisse. Q d̄ cū
sentiret impudentius dici, quā audire possit quicunq; scholasticos
legisset, sic sane temperauit, vt Scotum cum Scotistis suis, & Ca
preolū cū Thomistis suis cōstanter negaret, antiquiores Altisiod,
Bonau, & nescio q̄s autores allegans. Credo aut, qd hæc lūx karl
na hominibus magna crux fuerint. & si risum miserrime simu
larent, cum ducem iūū, tam fortiter aggressum certamen, relictis
signis, mox senserūt (st̄ cū senserūt) desertorē exercit⁹, & trāsfugā
factū. Nam id Carolostadio satis erat, scholasticorū doctorū tres
celebriores sectas fuisse ab Eccio eadē hora negatas, quas nisi ne
gasset, Pelagian⁹ Ingolstadiū reuersur⁹ erat. Certū est em̄, moder
nos (q̄s vocat) cū Schotistis & Thomistis, in hac re id est, lib. arb.

& gra cōsentire, excepto vno Gregorio Ariminēse, quē oēs dam
nāt, qui & ipse eos Pelagianis deteriores esse, & recte, & efficaci
ter cōuincit. Is em̄ solus inter scholasticos, cōtra oēs scholasticos re
centiores, cum Carolostadio, id est Augustino & ap̄lo Paulo con
sentit. NAM, Pelagiani, & si sine gratia opus bonum fieri posse
asseruerint, non tñ sine gratia cœlum obtineri dixerunt. Idem
certe dicunt Scholastici, dum sine gratia opus bonum, sed nō meri
torū fieri docent. Deinde super Pelagianos addunt, hoīem habe
re dictamen naturale rectæ rōnīs, cui se possit naturaliter cōfor
mare voluntas, vbi Pelagiani hoīem adiuuari per legē dei dixerūt.
Nec hanc metam orphos in Ecciano ingenio alienā existimes, est in
ea p̄optifimus. Nam, hac die quidē cum Gregorio (vt dixi) sensit
& Carolostadio, rursus altera meū cōgressus, eundem mihi Gre
goriū in eadē etiam materia negauit, ppter articulū Huff, Cōcilio
Constantiensis damnatū. Ita vere mirificus est, & cui nō viderim
similē, disputator Eccius, apud quē nihil sit vel periculi, vel virtutis,
Gregorii Arimineū, sententiā cum d. Carolostadio cōtra omnes
Scholasticos pugnantē, pro Scholasticis amplecti, eundem rursus
pro Scholasticis eisdem, in eadem re repudiare. Sicut habes victoriā,
qua gloriatur Eccius, gloriaturq; iūū fermetū, qd negatis fere om
nibus Scholasticis doctoribus (quos tutandos suscepereant) cum Ec
clesiasticis consentiunt. SED ET NOS Vittenbergæ scieba
mus Scholasticos doctores, si cum tenebris suis (id est, lumine na
ture secundū Ecclū) Aristotele negētur, posse cōuenire cum Ec

Carolostadii
positiones, sal
utē domum tē
dierunt.

A iii



EPISTOLA LVTHERI,

Ratio negādi,
& per negatio
nem concordā
di, qua vſy est
Ecclesiæ,

q̄lesiasticis. Verum, hanc negandi rationem, & per negationem con
cordandi Vuitenbergæ ignorantes, Lipsiæ didicimus, quā & ti
bi & oībus qui volunt, ecce libenter cōem facimus. PRIMVM,
vt in exordio disputationis, alicuius dicta fortiter impugnes, pro
testatus etiam per publicas schædas, te contra nouā doctrinā pro
veritate fidei, & honore sanctæ ecclesiæ pugnatū, ita vt mōtes
parturire putentur, tamē in negotio sensim & subdole cedens, ne
quis te vīctum sentiat, idem constanter affimes, & simul vīcisſe
glorieris. Deinde, multa cōfidentia fingendū tibi est, nullū eorum
qui adsunt, habere, vel memoria, vel lensum cōem, vt libere que
as dicere, te ab initio ita sensisse, & hanc non nouam, sed veterem
esse doctrinā, nihil moratus interim, si amiseris totum exercitum
doctorum, quos defendere proposueras. Atq̄ hic quidem est mo
dus & euentus Carolostadianæ & Eccianæ disputationis.

Congressus
Eccii cum Lu
thero.

Nullum opus
bonū fieri po
test ante gra
tiam.

Infusa gra
tia, poenitētiā
incipiens, timo
rē seruilem cō
mouet, simul
operans timo
rem filialem.

Indulgentias
non esse conte
nendas, neq; tñ
in eis fidendū.

POST h̄c mecum cōgressus est, de primatu Rho, potificis
de purgatorio, de indulgentiis, de poenitentia, de potestate absol
uendi cuiuslibet sacerdotis. In quibus omnibus quid fecerim⁹, suo
videbitur die. Nam de me partius mihi dicendum est, ne milii pre
co fiam. Interim hoc dico, qđ de poenitentia & purgatorio ipse pe
ne ignoro, quārum diffenserimus. Nam, poenitentiam incipere ab
amore iusticæ, laudabile quidem esse, sed non necessariū voluit.
qđ ego omnino necessariū afero vsc; adhuc, cū ante gratiā (quæ
est charitas) non posuit fieri illum opus bonum, vt ipsem̄ con
cesserat. Causa diffidii mihi vīsa est, qđ ille multis autoritatibus in
ductis, poenitentiam a timore etiam seruili incipi cōtenderit. vel ig
norans vel dissimulans, qđ seruili timor, in hac vita non penitus
tollitur. Ideo etiam infusa gratia, quæ incipit poenitentiā, timorem
seruilem cōmouet, simul operans timorem filialem, cum sint ope
ra dei terribilia, dum viuificaturus occidit &c. An aut̄ animæ es
sent certe de salute, & gratia in eis augeretur, dixi me nescire, iuxta
disputationem meam in resolutorio. necdum ipse demonstrauit
contrarium. Ita adhuc media pender sententia.

DE INDULGENTIIS pene concordamus, quæ & prope
in risum abierunt. siquidem, & ipse palam in vulgus quoq; cōcio
natus est, Nō esse quidem eas cotemendas, nec tamen in eis fidē
dum, quo modo si fuissent per indulgentiaros prædicatæ, nec Martini
nomen hodie vllus forte nosset. Sed, & in scipsis iam diu cor
ruissent, morientibus præ fame cōmislaris, si populus nouisset nō
esse in eas fidendum. Itaq; quā ego fore putabam summā disputa
tionis, & rem omniū periculosisimā, adeo sine negotio cōfecim⁹,
vt nihil fere segnus tractauerimus. immo, nunq; infelici⁹, & misé
rius habuerunt indulgentiæ. Q VAR E satis tutus manifit ser
mo meus de indulgentiis vernaclus, cum his quæ in resolutorio,
& contra Sylvestrum in hanc rem scripsi. Licet vel more suo, vel
iussu fermenti sui, non potuerit eum irreprehensum relinquere,
causans qđ deciperem homines verbis meis, & vitam nouam &

erucem, qu
theologus
tis, in hoc
sed lumen
tores, dum
præsume
& traduce
PRC
li, qui me
& nescio
schedulas
stipendio
suis impu
pore reb
īle in hac
Sufficit n
iudicio in
DE
tum hon
hil repug
to vel iu
summa f
aut obed
celo reg
cōtra ius
no vtric
ret, inue
sententiā
pletius si
lium in
IAM
oues me
minus a
git ad cō
contraria
nata. Hi
re inuidi
dius. vb
turus pe
tus theo
C

Aphric
nō rect
intellect
ram ha
ti, deinde



AD GEORG, SPALATINVM.

FO. III.

ionem con-
quā & ti-
RIMVM,
gnes, pro-
trinā pro-
ut mōtes
cedens, ne
nul viciſſe
illū eorum
ibere que-
d veterem
exercitum
em est mo-
nis.
o, potiſſis
tate absol-
cerim⁹, suo
ne mihi pre-
dicto ipſe pe-
incipere ab
iū voluit.
ratia (quā
emet con-
ritatibus in-
derit, vel ig-
non penitus
ā, timorem
m sint ope-
animæ el-
escire, iuxta
monstrauit

erūcem, quā a deo requiri in peccatore, dixeram, tam profund⁹.
theologus non intellexit, includere omne genus mali, etiam mor-
tis, in hoc mundo. Nec mirum, quia nō scripturas, nec tropos eius,
sed lumen naturæ Aristotelē, & illuminatos eodem lumine doc-
tores, dumtaxat legit. Et tamē velut Moab arrogantissimus, plus
præsumens quā posset, omnia quæ vñquā dixisse calumniari
& traducere conabatur.

PRONDE miror, quid nunc dicturi facturiq; sint fratres il-
li, qui me paſſim apud príncipes, & vbiq; terrarum, hæreticum,
& nescio q̄ nominibus criminati sunt, propter indulgentias, tum Indulgentiarū
ſchedulas fatis amplas diſputationis cōtrarias, magno (vt dicitur) fratres, Christi
ſtipendio, alienoq; ſtudio paratas, inuulgarit, & Christi populi, & in
ſuis impudentibus imposturis, & in anima ſeduxerunt, & in cor- anima, & in
pore rebus ſuis ſpoliauerunt, cum videant causam iſtam ita frigu corpore ſedux-
iſſe in hac diſputatione, quā inferno ardentiorem eſe voluerunt. erunt.
Sufficit mihi qđ ſumma cauſæ cecidit in foſcile LIPSIA, & oīm
iudicio indulgentiæ, clamatoresq; earum, ridiculū fuerunt.

DE PRIMATV Rho, ecclesiæ acrius certū est, ego prima De primatu
rum honoris nō negau, nec potestatis dedi, ſaltem iure diuino, ni- Rho, ecclesiæ
hil repugnaturus, immo conſtanter cōfessor us ac defenſurus, ſi fac
to vel iure humano eum habeat. Nihil em̄ minus quero, quā ne a
ſumma ſede ſanctorū Petri & Pauli, vlla cauſa qui quā recedat,
aut obedientiā debitam ſubtrahat. Solum, ne tot ſanctos patres in
celo regnantes, qui in oriente viuentes, ſub Rho, ſede nō fuerunt,
cōtra ius diuinum egiffe cōcedam. ILLE CONTRA, iure diuino
no vtrūq; conatus alſerere, cum multas autoritates patrū cōue-
ret, inuenit tandem eſt, eos ambiguoſ & varioſ eſſe, in alteram
ſententiā aliquid videti inclinasse, quanq; pro me robustius & locu-
pletius ſentirent, præſertim, vbi id agunt ex animo, vt euange-
lium interpretentur.

IAM illud Math. xvi. Tu es Petrus. Item illud Ioh. Pasce
oues meas. Et ſequere me. Item cōſirma fratres tuos, & nō nulla
minus ad rem, quā hæc, facientia, cum nō vrgerent, tandem cōfu-
git ad cōciliū Conſtantī, plena fiducia, qđ eſlet illic determinatū
contrarium, & ſententia mea inter articulos Huius, & Vuicleff dā-
nata. Hic rotus immoratus anhelabat, quo poterat odiosius moue Vbi Eccius in
re inuidiam, quia aliud nō habuit, quo uo fermento palparet blan iure diuino de
diu. vbi em̄ defecit in iure diuino, cucurrit ad ius humanū, proba fecit, ad humanū
turus per ipsum ius diuinum, neq; ſic tamē rideri oportuit, quæta confugit.

CV Iego duo cōcilia antiquiora & celebriora, Nicenum &
Aphricanū, contra vnum oppoſui, deinde, & iſpum Conſantiē Nicenū conci-
nō recte fuſſe ab iſpo, & fermento nequitæ (cui tum ſeruiebat) liū quid decre-
intellectum. Nicenū em̄ concilium decreuit Rho, pon, debere cu verit de Rho,
ram habere ecclesiārum ſuburbanarū, ſicut Alexandrinū Aegyp̄ ponti.
ti, deinde Epos, non vt modo ex vrbe emptis palliis & potesta

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021029-13/fragment/page=9

EPISTOLA LVTHERI,

te, sed per vicinos Ep̄os ordinādos esse, vt lib. Eccl. hist. x. scribit. HIC vero anguilla ista aiebat, hoc vt fieret, permisū esse a Rho, p̄tificibus, fingens (vt solet) ex capite, p̄prio glossas nouas, qualis nō imp̄issime & hæreticissime fecissent, tam Rho, p̄tifices, quā Nicenū Concilii, si vel statuerent, vel permitterēt, qd esset contra ius diuinū. NAM, si est ius diuinū, Rho, pontificē oīa in oībus ecclēsīs posse, nō est in eius potestate permettere contrariū, vel una hora fieri, nec in Conciliū p̄tate contrariū, aut de Rho, pontifice, ut inferiore suo disponere, aut diuersum, aut aliud statuere, nō magis certe, quā in p̄tate eius sit, permettere aut statuere stupra & adulteria licere. Ita fiebat, vt miser Rhomanæ potestatis tutor & patruus, primatum hunc tueri non posset, nisi blasphemaret, tum sa cratissimū Nicenum Concilium, tum ipsos pontifices, dum eos soluisse ius diuinum asseruit. Quid est hæreticum, & blasphemū, si hæc Ecciana modestia non est hæresis & blasphemia, sed sic loqui debet, qui loquitur vt hominibus placeat.

Aphricani Cō
ciliū statutū de
Rho, pont.

Eccius disputa
tor gloriæ aui
disimus.

Glossa ad
modum ridi/
culoſa.

Solutio Eccii,
ad Nicenū &
Aphricanum
Cōciliū, ei ob/
iecta per Lu/
therum.

Nō oīs ar/
ticuli Constan/
tiae damnati,
sunt hæretici.

IAM cum Cōciliū Aphricanū, vt habetur dist. xcix c. prime, phibuisset Rho, pontificē appellari vniuersalē pontificem, dicens in hunc modū. Vniuersalis aut p̄tifex, nec Rhomanus appellat. hic sibi rēperauit quidē a blasphemia, nō dicens, qd contra ius diuinum aliud permisum, aut statutum sit, sed glosam certe tanto theologo dignam effinxit, quā non ponerem, nisi eam scirem gloriæ audiōissimo disputatori satisfacere, & gloriā absolutam ei parere. DIXIT em̄, & si Rho, pontifex nō sit appellādus vniuersalis p̄tifex, tamen appellari debet vniuersalis ecclēsiae pontifex. Risum quoſo teneas amice, sine suum fermentū ridere, nemo em̄ dignus rideat ad tam insignem glossam. Ego glorior me tot expensis, nō frustra Lipsiā morarū, saltem hoc didicisse. Non est vniuersalis, est tamen vniuersalē ecclēsiae Ep̄us, non est forte etiam Moguntinus, est tamen Moguntinæ ecclēsiae Ep̄iscopus.

HAEC ad mea duo Cōcilia ille opposuit. Nam, Nicenū per verbū, permisit, Aphricanū per nomen, ecclēsiae, soluit, adeo facile est Magistris nostris eximiis magnas quæstiones soluere, & etiā Conciliorū autoritati detrahere, qua tamen mirum est, quā soleat alios strenue ad hæresim adigere. Nunc vide, an ego melius vel peius, ad suum vniū responderim. CER TVM est, nō oīs articulos Constantiæ damnatos, esse hæreticos, sicut temerarie & impudenter latrabat Eccius, quod probo euidenter. PRIMVM, ex ipsius Conciliū verbis, quæ sic habent, quidā ex eis sunt notorie hæretici, quidā errorē, alii blasphemī, alii temerarii & seditionis, alii piarum aut̄ offensiui. Hæc ibi. Nonne clarum est, hæc verba esse eorū, quos hæreticæ prauitatis inquisidores vocamus, q̄s in eo Concilio apparet tyrannidē obtinuisse; nam, horū pene alia nō est vox, quā hæc. ISTA p̄positio est hæretica, ista scandalosa, ista seditionis, ista offensiva, vel certe Sp̄m sanctū nimis præsentem, illis ludentibus aut dormitantib⁹ vigiliasse, vt coacti sint oīno im-

prudentes, cos, nec erro si dixissent neos, simul aut fuga. N temerarios sensiue loq dio, alios ha erroneos, f quis trūm care, & si fe offendant, tas esset te hunc vniū dñm omn temere dic Thomista Pauli & A aut bonum articuli a dan Christi aut est bo tuxtra euā fenduntur Aut, si est tra landab cilio displicū, nec se rendum f q̄l Boem concilio c nus sit, ha giūm est nere, sicu CLARI reticum, probari, Constan & hæret hi prom tos dece turas fac cogitanc diam ali mox ha do, &c te



AD GEORG, SPALATINVM

FO. V.

prudentes, propria voce testari, se quosdam damnasse, nec hæreticos, nec erroeos, ac per hoc catholicos, Christianos, & veros. Nā, si dixi sent sine discretione, omnes esse & hæreticos, simul & erroeos, simul temerarios, simul offensiuos, non pateret veritati locus aut fuga. Nunc ipsi discernunt hæreticos ab erroeis, & ab utrisque temerarios & seditiosos. Dicam ergo, quid ad me, si temere & offendisue loquar, modo vere & catholice loquar? Tuo te vrgeo gladio, alios hæreticos dicas, vt quos in fidem peccasse certum sit. alios erroeos, forte, qui in mores & statuta hominum peccent. Jam de reliquis triumphamus, eos neq; in fidem, neq; in statuta morum pecare. & si forte teneras auriculas, veritatis impatiētes, mordacius offendant, sufficit qd sint fideles & veri. semper ita fuit, qd veritas esset temeraria, mordax, seditiosa, & offendisua. Ita ego credo hunc vnum esse offensiutorū, Rho, pōtificem non esse iure diuinum, dñm omnīū in potestate. Quid em atrocius offendit? quid magis temere dici hodie, & a multis annis potuit? Ita & ille in auribus Thomistaru offensiuis est, quē Gregorii Ariminensis esse, immo Pauli & Augusti, supra esse dixi. oēm scilicet actum hominis esse, aut bonum, aut malum. Ego quidem rogabā mihi donari, ne oēs articuli a concilio damnati diceretur, sed ab aliquo Thomista ql: dani Christianissimos intrusos. vt est iste, Omnis actus hominis aut est bonus, aut malus, sicut omnis arbor aut est bona, aut mala iuxta euangelium. sed noluit, verum, quid ad me qd Thomistae offenduntur veritates sufficit qd sit neq; hæreticus, neq; erroenus. Aut, si est hæreticus & damnatus, iam quid Eccius faciet, qui contra laudabile illud cōcilium Constantiense, pro laudabili cōcilio disputans, cōcessit Carolostadio, ipsum esse verum & catholice, nec scholasticos doctores aliter sapuisse, vt dixi supra. O horrendum facin, qd Eccio ecclesiæ sanctæ patrono sit intolerabile, qd Boemoru & hæreticoru (vt eius verbis tonem) patronus cum concilio cōtra conciliū sentit. & vt cum suis doctoribus Christianus sit, hæreticus efficitur. Sed, vt dixi, Eccianæ modestiæ priuilegium est, sibi ipsi libere dissentire, & in re eadem cōtradicitoria tenere, sicut & Viennæ se fecisse restatur, & forte etiam Bononiæ. CLARET ergo, conciliū Constan. nō contra me pugnare, nec hæreticum, nec erroenum, immo catholicū & veracē ex eodem me probari, vt sic stet concordia cum Niceno & Africano cōcilio, & Constantiensi. Qd aut hæc nō vidit Eccius & sua farina, deinde, & hæreticē prauitatis inquisidores, in causa videtur esse, qd omnes hi promptiores ad contumeliam hæretici obprobrii sunt, quā tantos deceat populoru magistros. & hac cecitate percussi, sicut scripturas sacras, & sanctos patres legunt, ita & omnia alia. hoc est, nō cogitant quā bene, & quā diligenter, sed ad quantū odium & inuidiam aliorū legant. IDEO, quicquid alienū a suo sensu audierint, mox hæreticum quoq; affirmant, suam fuxia & oscitantia in legē do, & temeritatem in iudicando, oībus ludibrio exponentes.

B

Vrget aduerſa
rium proprio
ipsius gladio.

Veritas semper temeraria,
mordax, seditiosa, et offensiua est.

Omnis actus humanus, aut est bonus, aut malus.

Priuilegiū est Eccianæ modeſtiae, in eadem re contradictria tenere.

Conciliorū concordia.

Quicquid a sensu Eccii, & sua farinæ ali enū est, hæreticū affirmant.

x. scribit.
e a Rho,
uas, quasi
fices, quā
set contra
oībus ee
i, vel vna
ntifice, vt
nō magis
adul
or & pa
ret, tum sa
lum eos so
aspheſmū
led sic lo

c. prime,
em, dicens
appelleſ,
ra ius diu
tanto the
em gloriæ
ei parere.
uerſalis pō
ex. Rūſum
em dignis
pensis, nō
niuersalis,
in Mogunti

Nicenū per
adeo facile
ere, & etiā
quā soleat
melius vel
oēs articu
e & impu
VM, ex ip
rorie hæ
ditiosi, alii
verba el
is, qd in eo
alia nō est
osa, ista se
entem, illis
oīno im



EPISTOLA LVTHERI,

DEINDE si nō placet ista Conciliorū cōcordia, & pertinaciter mihi Constantiēn. vñtū contra duo obtendatur, jam nō difficile mihi erit statuere, virtus autoritas debeat p̄ponderare. Nam, cū Conciliū possit errare, potius Cōstantiense, quā Nicenū & Aphri canū errasse cōfitear, qđ haec longe fōcilius quā illud processerint & egerint, ac iam diu sacris Euangeliis etiā p̄æ ceteris Cōciliis, comparata sint, p̄ælertim Nicenum, ad quā gloriam Constatien se needum peruenit, & in hoc imitabor nouissimū Rhomanū Cōciliū, in quo Basiliense damnatū est, & Constaatiense qđq; passum, non parua suæ autoritatis detrimēta, dum papam supra Cōciliū esse sanxit, cuius contrarium in Constantiensi definitum est. Atq; ita innicem sese reprobantia Concilia, interim satis nos utos reddunt, & liberos, ad contradicendum vtrisq; quæ em̄ sibi disident, cui conuenient: atq; hæc latius, deo dante, cum Eccius in publicum se dederit.

VERVM, quando: vt dixi: hac disputatione magis tempus est perditum, quæ veritas quæsita, volo propositionum mearum resolutiones in lucem dare, confusis, maiorem cognitionis fructū hinc prouenturum, quā si bilsepties ad hunc modum disputetur. Quare, si cui viderit errare, age, confutet errorem, si odit, aut recitora doceat, si diligit. HABES mi chariss. Spalatine, historiam ferre totam, nam, si qua alia non dixi, ad reverentiam vniuersitatis Lipsiæ, mihi clarissime, non dixi, ne regis IDV MEAE ossa ad cineres redigerem, quanq; nisi scirem hoc meis peccatis debitti, satis indigna ferrem, me tam sterilibus negotiis occupari, de indulgentiis, primatu, & priuilegiis, aliisq; ad salutem nihil necessaris rebus, quibus ab optimis nostro seculo studiis auccor indignabundus. NAM, vt illustriss. Princeps dux Georgius, prudentissime ambos nos v̄berans, dixit, siue hoc sit iure ciuiino, siue humano, Rho. pontifex est, & manet summus pontifex. ita vere dixit, & non leuiter, inutilem hanc nostram disputationem, insigni hac modestia taxauit.

PERSV ASVS vero sum, vbi hæc viderit Eccius meus, Eclanagi factio, statim vociferatos el̄se, nec seruasse me feedus, nec cōventioni paruisse, vbi cauit̄ est, ne disputatione inuulgetur ante decretum iudicū. Quasi vero vñllum pactū nobis vñq; seruauerint ipsi. Respondeo tamē, me cōuenisse, ne per nos disputatione euilgetur ea, quæ manu Notariorum excepta est, cetera vero exemplaria, sicut permittebatur cuilibet, sibi eadem colligendi potestas, quis prohibebit ne edant: Sed esto, nec ipsa edantur, meum Notarii exemplar non edetur, pulchre ita seruato pacto. Verū, ne p̄æterea scriberem, non pepigi, immo, palam protestatus sum, ut iniquoribus nostram libertatem conditionibus vexarent, ne p̄æserent me taciturnum, itaq; nolo tacerē. Sed singe me ita pepigisse, rogo, vtter primo soluit pactum: Nōne Eccius, qui: vt audio: am pullos & iniquissimis literis, etiam illustriss. Principem, & pa-

Vt̄s Conci
lliī autoritas
majoris sit pō
deris.

Quæ sibi dissidē
dene, cui conve
nient:

Ossa regis Idu
mex.

Scomia ducis
Georgii.

Disputationis
fodus.

Quisnam pri
mo disputationis
pactū sol
uerit.

tronum n
iat)corr
sens, quasi
arrogant
fenderim.
tam sacr
timo prin
bit & loq
num ista
talem, tan
ri nihil pu
tationes s
cupidos fi
mita chan
generib
re pactu
re, qui no
la sua gen
um digni
gere poſt
seruanda
Ut nocea
INT
logistria.
hac dispu
grui, aliu
nendam
cem gra
licet non
vtrunc
bus dilig
amoris,
cipiis fe
impleue
triumph
Marte,
Carolo
sine gra
hec, Lili
quitati,
SIN

tiae ex h
esse ad
niam e
mini di
sputati

EPISTOLA LVTHERI,

FO. VI.

tronum nostrum (quem suæ factio[n]i stupidissimæ similem somniat) corruptere molitus est, pessima de me, quantum potuit, recentens, quasi negasse[m] s[ecundu]m patrum, simul omnium tententias, mihi soli arrogarim scripturæ intelligentia, Cœcilia negarim, hæreticos defenderim, his enim mendaciis, homo ille purus & sanctus theologus, tam sacrum & venerabile caput ausus est tentare, & me coram optimo principe, tam egregie commendare. Quid ad alios putas, scriptum ista scribit? Aut quid apud amulos meos verum dicit, qui ad tam prudentem, tam formidabilis iudici principem, mentiri nihil pudet. AVDIO deniq[ue], confesse eum quasdam interpretationes super articulis quibusdam, mihi per inquietos, & mali sui cupidos fraterculos impositis, atq[ue] iterum me coram magnatibus mita charitate, Manicheum, Hussitam, Videntiam, & nescio quo generibus hæreticum descripsisse, sic solet Ecciana modestia seruare pacem, verum, hanc suam insaniam, mihi facile est contemnere, qui non im hominis ferme totam suppellestilem. Atq[ue] ubi illa sua genimina in manus meas venerint, spero, quod Eccium meum digne & magnifice tractare possim, si qua tandem via intelligere possit, quid sit multa pacisci, & nihil seruare, & tamen ab aliis seruanda expostulare, atq[ue] his omnibus aliud nihil querere, quam ut noceat, & veritatem conculet.

INTERIM mihi sufficit, qd carnifex illa conscientiarum theologia, cui totum debeo, quod mea conscientia patitur, cecidit in hac disputatione. Nam prius didiceram, meritum aliud esse congrui, aliud condigni, facere hominem posse quod in se est, ad obtinendam gratiam, posse remouere obicem, posse non ponere obicem gratiae, posse implere præcepta dei, quo ad substantiam facti, licet non ad intentionem præcipientis, liberum arbitrium posse invtruncq[ue] contradictiorum, voluntarem posse ex puris naturalibus diligere deum super omnia, posse ex naturalibus haberi actum amoris, amicitiae, & id genus mostra, quæ pro primis ferme principiis feruntur Scholasticæ theologiae, & omnium libros & aures impluerunt. At nunchi omnes errores, sub Ecciano præsidio, & triumphabundis signis, satis strenue ceciderunt, sine vilo ferme Marte, conterriti ad solum conspectum duarum propositionum Carolostadii, quarum prior hæc Augustini. Liberum arbitrium sine gratia nihil valet, nisi ad peccandum. Posterior Ambrosii hæc, Liberum arbitrium sine gratia, tanto citius propinquat iniurianti, quanto fortius intenderit actioni.

SIMILIA Trophae & spolia, regulerunt ferme & indulgentiae ex hac pugna, quas non mitiore (vt gariunt) sententia viles esse admisi, sed viles solum pigri & sterentibus, ceterum insaniam esse defendi, si quis eas bonas & viles esse Christiano homini dixerit. Hæc inquit, mihi interim satis sunt euenis ex hac disputatione, quæ ideo recitau, vt iactantiam gloriosam Eccianæ

B ij

Conflavit Ecclius nonnullas interpretaciones, super quibusdam articulis, quib[us] Lu-

carnifex illa conscientiarum theologia, in disputatione cecidit.

Duae propositiones Carolo-stadii de libar-

bitrio.

Quid sentiat Lurher[us] de indulgentiis,

pertinac/ nō difficil/ e. Nam, cū & Aphri/ processerint s Cœciis, constatiens manū Cō/ & q[ue] pas- supra Cō/ definitum atis nos tu em sibi dif- Eccius in

is tempus in mearamis fructu disputetur. It, aut rectoriam fe- niueratio- es oss ad ci- cebit, satis indulgen- cessaris re- dignabut- dentissime humano, e dixit, & igni hac mo-

meus, Ec- me fecdis, fulgetur an q[ue] feruauer- putatio eu- ero exem- li potestas, neum Nor- rū, ne præsum, q[ue] in- t, ne præsu- ita pepigis- et audio: am- em, & pa-



EPISTOLA LVTHERI,

haeresis aliquantulū iuuarem. Cætera, vbi hæc quispiam eorum
imperierit, fortasse dabit dominus in lucem venire.

Eccii excusatio
aduersus Philippium. Mel.

Animus &
amor Lutheri
erga Philip.

Divinum in
Philippo do-
num.

ΟΝΟΣ ΤΡΟΦΩΝ
ΛΥΡΑΝ.

VIDISSE te credo Eccii excusationem aduersus Philippum nostrum, satis dignam Ecciano genio, in qua homini etiā in sacris līris, terq; qterq; oibus Eccii doctori, deniq;, & sordide illi? Ec cianæ theologiz nō ignaro, opprobrat pro magno virtio grammaticæ pfectiōne. Tam recto sunt iudicio Magistri illi nostri eximii, ut eruditōne metiantur secundū qualificationes suas, & inanes tulos. Conatus est & eundem mihi inuidiolum reddere, dum mihi & ingeniu & eruditōnem, nescio quantā tribuit. Nam, vt hoc etiam scias, me ēq; nō nihil gloriæ retulisse ex disputatione ista. Tribuit mihi Eccius eruditōne. Tribuunt & Lipsenses, adeo (quā cum fama coepi) ut nisi Eccio subsidiarias opes sufficiēnt ipsi, faciantur Eccium a me fuisse prostratum. Atq; ita victoria iam ab Eccio in Lipsenses incipit migrare. Rursus, dicitur illum magnificum contēptore, Lipsenses habuisse pro bonis quidē hoibus, sed in quibus longe plura sperasset, & se solū oia fecisse. ITA vides nouam quandā Iliada & Aeneida illos cantare, & me saltem Hectora & Turnum arbitrari, quo illum Achillem & Aeneam statuant, nisi qd in hoc victoria fluctuat, an suis id Eccius p̄fert, an Lipsensis viribus & copiis. Certum est, ipsum solū semper clamasse, illos aut̄ semper tacuisse, putas ne magnas me illis debere gratias? Sed redeo ad Philippum, quē tantū abest, vt vllus Eccius mihi reddere possit inuidiolum, vt in omni mea professione, nihil du cam antiquius Philippi calculo, cuius ynius iudicium & autoritas, mihi stant pro multis milibus sordidorū Ecciorū. Neq; me pudet, & si magistrū artiū, philosophiā, & theologiā, & omnibus pene Eccii titulis insignem, si hui⁹ mihi grāmatistæ differerit ingeniu, meo sensu cedere, qd & saepius feci, & cotidie facio, ob diuinū do num, qd deus in hoc fictile yasculū. Eccio quidem cōtemptibile larga benedictione infudit. Philippū non laudo, creatura est dei, & nihil, sed opus dei mei in ipso yeneror. Nec Eccium vitupero, sed crassas istas seminandæ discordiæ, & inuidiæ concitandæ va fricias, toto corde detestor abominorq;. quas neq; frequentiores, neq; maligniores ysquā yidi quā in Eccio, quibus & pene totius nostræ disputationis farraginem fermentauit, nam hac yna sola pene re pessima, potens est Eccius ad rem theologicam. ONOS PROS LYRAN. Sed iam ad resolutiones accedo, tu interim cu ra, vt illustriss. Principi Eccium cōmendes, sicut teipsum cōmēda ri meruit, quanq; nihil hoc officio sit opus, apud tantū Principem. Vale Vittenbergæ M.D.XIX, Assumptionis Mariana.

purget

ISTA
manus, a
dicunt: m
quæ his
PR
orbem, c
veniam
obsecro,
ecclesia b
tu vides.
omittam
lauit, &
lauit, salu
inuicem
TVS v
nauit, &
ciuntq;
sit omni
nich, cur
dixi, cur
volet, n
CEDA
euangel
Mosi se
bz & p
culum c
si super
xiii per
spes eu
quā fac
se agere

CONCLVSIO PRIMA.



Otidie peccat omnis homo, sed,
& cotidie pœnitent, docente Chri-
sto, pœnitentiam agite. excepto
vno nouo quodam iusto, qui
pœnitentia non indiget, cum eti-
am palmites fructiferos cotidie
purget agricola cœlestis.

ISTA conclusio penderet ex eo fundamento, qd omnis actus hu-
manus, aut est bonus aut malus, nec datur actus neuter, seu vt illi
dicunt: moraliter bonus. ideo primum mihi sunt amolienda duo,
qua his opponi solent.

PRIMVM, est autoritas scholæ omnium fere theologorū per
orbem, qui contra sentiunt, his quāq; omnem debeat reverentia,
veniam tamē mihi dabunt, qd eis diuinæ literas præfero. Quare
obsecro, si cui displiceo, nō mihi statim opponat. Tu solus sapi, &
ecclesia hucusq; sine te errauit, nec tot capita videre potuerunt, qd
tu vides. atq; his similibus suasionibus mecum expostulet. vt em
omittam, qd per asinam qnq; locutus est deus, qd prophetam ce-
lauit, & Samueli puero ostendit, qd sacerdoti Israëlis Heli nō reue-
lauit, saltem suo exemplo mansuetant, & qd ipsi sibi mutuo &
fuiuicem cōcedunt, mihi quoq; permittant. SVRREXIT SCO-
TVS vnus homo, & oīm scholarū & doctorū opiniones impug-
nauit, & præualuit. Idem fecit OCCAM, fecerunt & multi alii, fa-
ciuntq; vscq; in præsentem diem. & cum singulis eorum liberum
sit omnibus contradicere, cur ergo vnus haec gratia priuor? de-
niq; cum & ego in aliis multis sententis, sine querela oībus cōtra
dixi, cur in hac yna nouam legem patior? itaq; rogo attendat, qui
volet, nō quis, aut contra quos, sed quid, & contra quæ dicam.
CEDAT respectus personarū, quas deus nō accipit. legimus in
euangelio præcipiente Christo, Scribas & phariseos in cathedra
Mosi sedentes audiēdos esse, non quia personæ essent: id est, scri-
ba & pharisei: sed quia Mosen docerent. Alioquin, cum sit iam se-
culum corruptissimū, temporaq; periculosisima, in proliu erit,
si superbia & cōtemptu ceperimus agere, vt incurramus in illud p̄
xiiij periculū. CONSILIVM inopis confudistis, quoniā domin⁹
spes eius est, quare memores int̄cēm, qd omnes sumus homines,
quā facile sit errare, quā raro & difficile cōtingat vera sapere, & rec-
agere, cōmuni studio veritatem queramus, potius quam in-

B ij

Verba, qua
imperiti Lu-
thero opponit
Deus qnq;
per asinā locu-
sus est.

Scotus.

Occam;

Attende non
quis, aut cōtra
quos, sed quid
& contra quæ
dicat.

Nostrū seculū
corruptissimū,
temporacq; pe-
riculosissima.

am corum
Philippum
iā in sacris
la illi⁹ Ec
o gramma
tri eximii,
& inanes ti
re, dum mi
am, vt hoc
atione ista.
, adeo (qua
ent ipsi, fa
iam ab Ec
magnificum
, sed in qui
des nouam
lectora &
tuant, nisi
, an Lip
per clamal
ebere gra
Eccius m
ne, nihil du
autoritas,
me puder,
nibus pene
rit ingeniu
diuinū do
emptibile)
ura est dei,
vitupero
tandæ va
quentiores,
pene totius
ac yna sola
m. ONOS
nterim cu
m cōmēda
Principem,
lanz.

PRIMAE CONCLUSIÖNIS,

vicem solo gloriæ , aut sensus proprii tuendi studio , mordeamus , & consumamus.

SECVNDVM, qd mihi obiicitur, qd hic articulus in Constantiensi Cœcilio est inter articulos Huius , exp̄sse dānatus. hic si nō mox fileo & reuoco, cōtinuit aures, & impetu factō, ignem mihi minātur, neq; em̄ dignātur hic vllā morā vel excusationis. Sed obsecro, est ne is modus veritatē querendi, statim obstruere os quæ renti veritatē. Et vbi est, qd Petro precipiēt, ratio reddenda est om̄i poscēti. DEINDE, Nōne Cœcilia s̄apius errauerunt? Nonne Cyprianus cū toti⁹ Aphricæ Ep̄is habitō Cœcilio, errauit etiam in articulo grauiissimo fidei, de virtute baptismatis, & quid mirū, si hodie q̄q; Cœciliū nō oia attingat, qñ sumus in tēpore lōge frigidit̄ ore, quā Cyprianus. Et, vt plane & libere dicam qd sentio, credo me theologū esse Christianum, & in regno v eritatis vivere, ideo me debitorē esse, nō modo affirmandæ veritatis, sed etiā afferendæ, & defendendæ, seu per sanguinē, seu per mortem.

Liber vult es se Lutherus, nec vlli⁹, aut Conciliū, aut vniuersitatis, aut p̄tificis autoritate capti⁹ fieri. quin confidenter confitear, quicquid verum videro, siue hoc sit a catholicō, siue hæretico assertum, siue probatum, siue reprobatum fuerit, a quoq; Cœcilio.

NEC verebor etiā ipsam inuidiam, quæ me hæreticorū patronū forte criminabitur. Qd sciam veritati cum inuidia nihil esse cōmerti, sicut dicit Sapien. vi. Nec cum inuidia tabescente iter habeo, qm talis homo nō erit particeps sapientiæ. Quid ergo ad me, qd mendax inuidia me criminatur; laus est impiis displicuisse. DISPLICENT & mihi hæretici. Sed qñ hodie nullo opprobrio sophistæ magis inlanisit, faciunt vt pene apud hæreticos, sola reliqua sit ecclesia catholica Christi. Hæreticos inquam, non qui sunt, sed qui illorum furore appellantur.

ET sequar in hoc meo, p̄posito, iurisperitorū q̄q; diffinitione Plus credendū (ne solus & temere id facere existimer) dicit em̄ Panor. de elect. c. est vni priua significasti, plus credendū vni priuato fideli, quā toti Cœcilio, aut eo fideli, si me Papæ, si meliorē habeat autoritatē, vel rationē. Si hæc vera sunt, liorē habet rācur non liceat vti; cur non audeam tentare, si vnu meliorem ostētionē, quā aut dere possim autoritatem, quā Concilium.

Concilio, aut ITAQ VE de Cœciliis videamus. Nōne oibus notū est, con papæ.

Cōtraria alia, deus nō facit malum? Q uanq; ego nescio, an ecclesia fuerit, quæ qñ ab ecclesia haec damnauit. Nam, ecclesia nō habet potestatē dānandi, exp̄se damnata.

Sam sententiam sacræ scripture, etiam ad verbum in textu possumus scriptria aliquñ fuisse damnata ab ecclesia. velut illa, deus facit malū, & multis aliis locis. Nec quicq; facit, qd dicitur propter hæreticæ verba, pp̄ corū falsam intelligentiam esse damnata. Nō sunt damnadæ scripter cuiuscunq; turæ verba, propter cuiuscunq; falsam intelligentiam. Alioquin, falsam intelligendam erit propter Arianos & illud, pater maior me est, gentianam.

Immo tota
ortæ sunt.
simplex C
dā inquisiu
sanguine m
ipse quoq;
uerlam sa
phemorū
librū hære

ITA i

eraria. Pri

ego veriss

autoritas e

est vna R

per vniue

ciliū, qd t

bet aliam

Rho, eccl

vera sunt,

ticulū loa

sias. Nam

clesias, &

(quod est

esse infra

clesiæ aut

pam vel

Episcopu

scopum I

scerit, qua

maller im

nec debet

& ecclesiæ

no iure su

Atq; ita

nasse, au

SEL

fia, id q

pam scilicet

se confir

torum B

tem Cor

Constan

Concilio

DEN

Concilio

decreta, L

RESOLVTIO.

FO. VIII.

timo tota scriptura dānanda erit, & sola, tū e nulla alia heretici
ortae sint. Quid aut̄ infani⁹ isto p̄sumi pōr̄? Absit em̄, vt pius &
simplex Christianus, q̄c̄q̄ in sacris l̄is recte didicerit, qđ vbi in q̄s
dā inquisitores impegerit, quorū pedes veloces ad effundendum
sanguinem, cogarū, ppter aliorū falsam intelligentiā damnatam,
ip̄e quoq̄ damnare. Nam, hac ratione viam faciemus, semel yni
uersam sacrī literis autoritatem cōuellendi, & surgent oīm blas-
phemorū impiissimi illi blasphematores, qui dicunt, Biblīam esse
librū h̄ereticorū, Christianos oportere aliis libris, scz doctorū, se

ITA inuenio & in Cōstantiensi Cōcilio, duo cō- (se tueri. Duo contraria
eraria. Prīmū, determinatū illē ē, Conciliū esse supra papam. qđ inuenta in Cō
ego verissimū iudico. Nam, & b. Hierony. ad Enagrium dicit. Si stantiensi Con
autoritas queritur, maior est orbis v̄the, qđ tota ecclesia maior
est vna Rhomana ecclesia. Atq̄ ita, Rhomana ecclesia, non est su
per vniuersalem totam ecclesiam. Sed contra, tota ecclesia (& Con
ciliū, qđ illam representat) super Rho. ecclesiam, sicut super quāli
bet aliam particularem. Totum quoq̄ maius est sua parte, cum
Rho. ecclesia pars sit totius ecclesiae vniuersalis. Q VOD si h̄ec
vera sunt, apparet Conciliū Constantiense male damnasse hunc ar
ticulū Ioannis Husi, Papa non est iure diuino super omnes eccl
esiās. Nam, si Rho. ecclesia & papa, est iure diuino super omnes ec
clesias, & super Concilium, contra ius diuinum determinatū est
(quod est impiissimum & h̄ereticum) papam & Rho. ecclesiam
esse infra Concilium, & totam ecclesiam, quia non est in manu ec
clesiae aut Concilii, ius diuinum infringere. Ideoq̄ non potuit pa
pam vel deponere vel constituere. An credis passurum Non est in
Episcopum Lugdunensem, se deponi vel constitui, per Epi
scopum Moguntinum, si iure diuino se superiorem Moguntino aut Conciliū,
sc̄ret, quantumlibet meritus fuerit immo, non id pati deberet, nisi ius diuinum in
maller inapius & h̄ereticus esse. Ita Rho. Episcopus, non potest, fringere,
nec debet pati se a Concilio regi & statui, si est super Concilium
& ecclesiam iure diuino, eius enim est regere, non regi, qui diu
no iure superior est.

Atq̄ ita patet, Constantiense Cōciliū, aut articulū Husi, male dā
nasse, aut cōtra ius diuinū impie determinasse & egisse.

SED VLTRA vide Spiritus sancti pr̄sentiam in eccl
esiā, id quod in Constantiensi Concilio determinatum est, pa
pam scilicet, esse infra Concilium & Ecclesiam, ac per Basiliens
e confirmatum, iam nouissimo Rho. Concilio est reprobatum, &
totum Basiliense abrogatum, atq̄ statutum, papam esse superio
rem Concilio. Quid hic dicemus: necesse est aut Rhomanum, aut
Constantiense Concilium h̄ereticum esse, si non licet a decretis
Conciliorum recedere.

DENIQ VE, via iam nobis facta est, enerandi autoritatem
Conciliorū, & libere cōtradicendi eorū gestis, ac iudicandi eorum
decreta. Nam, ȳt dicit, si in y no articulo errasse deprehendit, iam

Eius, qui est

iure diuino su
perior, est rege
re, & nō regi



PRIMAE CONCLVSIONIS,

tota eius vacillat autoritas. Quis est igitur tam audax, qui me præsumat hæreticū arguere, etiā si vniuersia decreta cōciliū, tam Rho, quā Constantiensis negem, qui habeam hoc munimentū, & hanc excusationem, qđ cōcilio incumbit probare sua decreta, & ostendere se nō errasse, post qđ cōstituit ipm aliquid errasse, & errare posse.

Determinatio
nes & repro
bationes conci
liorū, nihil ali
ud nobis præ
stant, quā qđ
nos incertos
reddunt.

Si iure diuino
staret prima
tus, sequent
multæ hare
ses, quas vide.

Multi arti
culi Huff, veris
ti, quos expediam, cum aduersarius me excitauerit, nam hoc ex ip
sum, sunt Conciūi verbis euidenter probabo, Ioannis Huff sententiam
stantiæ dam
nati.

Christianī ho
minis est, ve
rum dicere, &
falsum negare

Male damna
tus est Constā
tīx iste articu
lus, Omnis ac
tus hois &c.

Q VID ergo putas nobis præstant vicarie illæ conciliorum
nostrī seculi determinationes & reprobationes, nisi qđ nos red
dunt (si in illas nixi futerimus) incertos, vbi tandem querendus sit
Christus, ecclēsia, conciliū, spūs sanctus, oīaq; plane in primum ca
hos confundantur.

S E D ad Constantiense reuertor, quo magis impetor, cui⁹ dā
nationem in articulo illo Hussitico, Papa nō est iure diuino super
omnes ecclēsias, etiam ideo iniquā aspergo, qđ sit cōtraria Niceno
concilio & Aphricano, & toti orientali, & Aphricanæ ecclēsiae, tū
non nisi Syndo Calcedonēi, oblatus sit primatus (non iure diu
no) sed ab ecclēsia Rho, pōtificib⁹, nec sic tamen ab eis assumpt⁹,
vt scribit s. Gregorius. Nam, si iure diuino staret primatus, Nic
eum cum quatuor sequentibus, esset hæreticū, omnesq; in ecclēsia
orientis hæretici, hæretici Rho, pontifices, qui oblatū respuerunt.

Quare volo autoritati Constantiēi, conciliū in hac parte nihil ce
dere. Non enī patiar vlla ratione maiorem partem ecclēsiae hæ
ticam fieri, propter Constantiēi, conciliū, qđ errasse palam est.
Nec mirum, cum administrata hæc sint potissimū, machina inqui
sitorum & sociorum suorum.

SVNT & multi alii articuli Huff, verissimi ibidem damna
ti, quos expediam, cum aduersarius me excitauerit, nam hoc ex ip
sum, sunt Conciūi verbis euidenter probabo, Ioannis Huff sententiam
non fuisse, Qđ malus pontifex, aut in peccato mortali existens,
non sit pontifex habendus, licet sanguinarii inquisitores, multos
articulos ei in hanc rem impositos, damnari curarint.

Nec hic curo, qđ me Boemorū patronū vociferātur, ipsius cō
ciliū qđ contra me iactant, ostendo & sequor verba, quæ si falsa
inuenta fuerint, quid ad me: Sin vera, cur non sequar. Meum est
(vt dixi) cōtra oīem vocabulū, titulorū, nominis, dignitatis stre
pitum, verum dicere, & falsum negare. Sic enī Christiano facien
dum esse credo. Et rogo, si non placeo nomine Christiani, singant
& finant me interim velut Turcam, aut quemuis infidelem, eos
opponere meas rationes & autoritates, vt saltē sic videant &
experiantur, quo studio possint fidem suam tueri, & quā facile sit
dicere, Conciliū sic determinauit, & quā difficile sit, idipsum bene
determinatū esse tueri. Dico ergo, qđ iste articulus sit male dam
natus Constantiæ. omnis actus hominis, aut est bonus, aut mal⁹,
acrespondeat, qui se putet determinationem illam defendere.

PRIMVM dicit Ap̄lus Rho. viij. Qui spiritu dei agitatur,
ii filii dei sunt. Item, qđ si quis spiritū Christi non habet, hic non
est eius. Hic quārō cuius sit ille, qui non est Christi; nōne diabolus

& peccati?
SECV
gis funt, su
cit esse mal
excipiens, Nec valet,
ea tunc mo
legum ope
tus qui no
Deinde, di
stus vere
abrogata, ergo oīa (re
sine gratia
re morum

TEB
eius bonu
nihil med
non est mi
git, vides,
vel cum e
nisi pecca

Q V
foras sic
ardet. Ec
neutrū, qu
Q V
est, quod
conscienti
operantur
sententia,
bonā erg
in operib
dit firmit
semper p
fide fit, v
ac pro de
pien. i. Se
salutē esse

SEX
qua vtū
dem Gr
tur finib
rit quā
in opus c
ritas no

RESOLVTIO.

FO.IX.

& peccati? At qui seruus est peccati, facit non nisi peccatum.

SECVNDO, dicit idem Gal. iii. Qui cuncti ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Ecce hic opera legis extra gratiam, dicit esse maledicta, ergo non neutra. Et dicit, Qui cuncti, neminem excipiens, nec aliquid medium inter maledictum & gratiam faciens. Nec valet, quod Apostolus hic de lege ceremoniali loqui dicunt, quod ea tunc mortis fera fuerit. Nam, ex sequentibus patet, quod de omnibus legum operibus loquitur, cum inducat Mosen, dicentem. Maledictus qui non permanet in omnibus, quae scripta sunt in libro legis. Deinde, dicit Christum nos redemisse de maledicto legis. At Christus vere nos non redemit de lege ceremoniali, post mortem eius abrogata, sed de lege quacunq[ue], dans gratiam, ut possit impleri. Si ergo oia (ut Moses dicit, autore Paulo) opera legis sunt maledicta sine gratia, quanto magis nulla alia opera sunt neutralia, seu i genere morum bona?

TER TIO, Lucæ. xij. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. hic nihil mediū Christi permittit intelligi, sicut & ibidem dicit. Qui non est mecum, contra me est. & qui non colligit mecum, dispergit. vides, quod aut cum Christo colligendū, aut dispergēdū sit, vel cum eo, vel contra eum esse oporteat. At contra eum non est nisi peccatum, nec dispergit, nisi qui peccat.

Q. VARTO, Joan. xv. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in igne mittent, & arder. Ecce arescit & perit, quisquis extra Christum est. Et tu dicas neutrū, quod nec arescat, nec virescat, sed mediū se aliquā habeat.

Q. VINTO, Rho. xiij. Omne quod non est ex fide, peccatum est, quod b. Aug. pro regula habet. Quod autē discunt, ibi fidem pro conscientia accipi, & Apostolus loqui de iis, qui contra conscientiam operantur, quanq[ue] hoc b. Aug. repellit, tamē age, sit ita. Adhuc stat sententia, qui non habet fidem in Christo, non habet conscientiam bonā erga deum, ergo vel non credit, vel dubitat se placere deo in operibus suis. Si dubitat, peccat contra conscientiam, quia nō credit firmiter se deo placere, quare agit quod credit nō bonum, & ita semper peccat. Sola autē fides firmiter confidit se placere deo, & hac fide fit, ut placeamus deo, quia hæc fides vere deo bene sentit, ac pro deo vero cum habet, præsumēs bona de ipso, iuxta illud Sapienti. i. Sentite de domino in bonitate. Impossibile est enim hominem salutē esse, & bene vivere, nisi deo erga seipsum bene sentiat.

SEXTO (ut omittā plura, ne prolixior sim) adduco rationē, qua vtitur fere s. Aug. præsertim contra Iuliu, lib. iiij. & repetit eādem Greg. Ari. lib. ii. q. xxvij. Quæ est haec. Virtutes discernuntur finibus, non officiis. Iam quælibet virtus extra gratiam, quærit quæ sua sunt, nec potest quererere quæ dei sunt. quia non potest in opus charitatis, de qua dicitur laude propria. i. Corint. xij. Charitas non querit quæ sua sunt, quare nulla virtus habet deū pro

C

Locus Ap̄i,
Gal. iiij. hic ex
planatur.

Omne qđ nō
est ex fide, pec
catum est.

NOTA

Sola fides fir
miter confidit
se placere deo.

Virtutes disce
nuntur finib⁹,
non officiis.



SECUNDÆ CONCLUSIÖNIS,

Omnia opera
bona gētium,
aut naturalia,
sunt mala, qā
fine debito ca-
rent,

fine, nec pōt deum diligere super oia, & ppter deum. Altoquin
gratia nō eslet necessaria. Atqz hac sola causa fit, vt oia opera bo-
na gentiū aut naturalia, sint mala, quia fine debito carēt. Hoc est,
qd Ap'lus Rho. iij. inuoluens prorsus omnes homines, tam Iudeos
quā gentes, licet illi iusticia, hæ sapientia quantū poterant, psta-
bant, dicit. Nō est iustus, non est intelligens, nō est requirens deū,
oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Ecce, Nemo requirit deū
& oēs declinant, nullus intelligit deum, ne dum pro fine deum ha-
bet in opere suo. Vnde fiderenter cōcludit d. Cōclusit deus omnes sub
peccatiū. Ecce neminē excipit, oēs sub peccatiū, qd & David dicit.
Omnis homo mendax: a mendace vero, quid verum dicetur? Ab
immundo quid mundum fieri, ait Sapien;

Obiectoru-
solutio.

Ex bonis dei
dōis, mala ope-
ra, nostro vi-
tio fiunt.

Concludit de
hois actu.

NOTA

Quotidie pec-
camus, & qti-
die p̄cām pur-
gamus,

Q. VOD Yero dicitur, Nōne Caiphas prophetauit verum?
Nōne Matth. vij. multi pphetauerunt in nomine Christi, & mul-
tas virtutes fecerūt; Respondeo, yera, sed nō vere dixerunt: bona,
sed non bene fecerunt. Q uis em̄ non dubitat, quin meretrix, tam
bonū aurū gestet, quā pudica matrona, & tam formosa qz mem-
bra habeat; sed nō iam bene gestat & vtitur. Eodem modo & bo-
na illa opera sapientia, virtutū, donorum, cum sint gratuita dona
dei, bona sunt valde sed quia non in finem debitū referuntur, bo-
na faciunt, sed non bene. Quare e bonis donis dei, mala opera no-
stro vitio fiunt. Ideo Christus illis dicitur est. Discidite a me oēs
operarii iniuriantis. Quomodo sunt operarii iniuriantis, qui tan-
ta bona fecerunt, nisi quia bonis male ysi sunt, etiam si hoc malo
vsi, alii profuerunt.

SEPTIMO, si iustus in gratia, nō potest facere bonū, quin
simul peccet, quanto magis iniustus non facit bonum? ac per hoc
concludo, aut bonū aut malū esse actū hominis quēcunqz, nec da-
ri actū medium & neutrum. Antecedens probabitur evidenter
conclusionē sequente.

Q. VARĒ ad rem ppositionis redeūdo. Ois Christianus quo
tidie penitet, quia quotidie peccat, nō quidem perpetrando crimi-
na, sed non perficiendo mandata dei. Et ad hoc probandū, suffice-
ret autoritas Ioan. in conclusione posita, qd fructiferos palmites
purgat cœlestis agricola. Si sunt purgandi, sunt immundi, si immū-
di, sunt peccatores. si peccatores, penitentia indigent. Quare ad
eos pertinet verbum Christi, penitentiam agite.

SECUNDŌ, illud eiusdem Ioan. primo. Si dixerimus, quia
peccatum non habemus, nosipso seducim⁹, & veritas in nobis nō
est, quam autoritatem b. Augu. in multis locis adducens, pōderat
in verbo habemus præsentis temporis, qd nō dicit habuimus, sed
habemus. Quare, quotidie peccamus, & quotidie peccatum pur-
gamus. ita ergo penitemus, nisi penitentiam dicas, non esse pecca-
torum purgationem, contra omnū sententiam, qui contritionem
culpæ deletricem, penitentia potissimum partem ponūt. Deniqz

hoc verbo I
re. Si omne
haberent, q
catum non
est. At null
TER
tus in temp
peccati sui,
præterito,
nam, vt ho
orabit, non
sed pro im
tur, pro re

Q. V
res saluos i
peccator, i
in carne m
tem carnal
Caro conc
At concep
præcepto
peccatum
destrui co
deria carn
tentia pro

Q. VI
omnibus
penitent
tiam ind
penitent
totum Eu
ta Euang
Q uis nor
tentia nō
penitent

SEX
Dimitte
Christus
pater ve
los sanct
sunt, sed
oratione
tanquā
Sanctific
hoc sanct
stificall

Alsoquin
opera bo-
Hoc est,
m Iudeos
ant, pista-
irens deū,
quirit deū
deum ha-
omēs sub
auid dicit.
icetur; Ab

t verum?
sti, & mul-
unt: bona,
erix, tam
qz mem-
odo & bo-
tuita dona
untur, bo-
a opera no-
te a me oēs
s, qui tan-
hoc malo-

onū, quin
ac per hoc
nqz, nec da
r euidenter

tianus quo-
ando crimi-
dū, suffice-
s palmites
di, si immitt
Quare ad

mus, quia
in nobis nō
s, pōderat
uiimus, sed
atum pur-
en esse pecca-
ntionem
tūt, Deniqz

RESOLVTIO.

FO.X.

hoc verbo Ioan. nixus b: Aug. lib. de natura & gratia, audet dicere. Si omnes sancti in unum congregati quārerentur, an peccatum haberent, quid essent (inquit) dicturi, quā, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipso seducimus, & veritas in nobis non est; At nullum peccatum sine poenitentia tollitur.

TER TIO, illud Psal. xxxi. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Ecce omnis sanctus orat pro impietate peccati sui, hoc autem est poenitere utique: nec potest dici quod pro praeterito, aut pro pena præteriti peccati oret, sed pro praesenti. nam, ut hoc ostenderet, adiecit, impietatem peccati mei, pro hac orabit, non scilicet pro peccato, quo aliquando pena significatur, sed pro impietate peccati, quā est culpa. nam, pro remittenda ora- tur, pro remissa gratias agimus.

Q VAR T'O, illud. i. Timo. i. Venit Jesus Christus peccato- res saluos facere, quorum primus ego sum: non dicit fui, sed sum peccator, iuxta illud Rho. vii. Scio, quod nō habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Quod nolo malum, hoc facio. Et ego at- tem carnalis sum venundatus sub peccato. Sic Gala. quinto. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. At concupiscere contra spiritum, peccatum est. quia prohibitum præcepto dei. Non concupiscere. Quare hoc peccatum est proprie peccatum, & per poenitentiam diluendum, sicut Rho. vi. docet, destrui corpus peccati, & non obediens defyeris carnis. At defy- deria carnis, peccata & contra legem sunt diuinam, quare poeni- tentia pro eis opus est.

Q VINTO, Luce. xiiij. putatis, quia ipsi debitores fuerūt præ omnibus hoibus habitatoribus Hierusalem: non, dico vobis, nisi poenitentia habueritis, oēs simul peribitis. Ecce omnibus poenitē- tiam indicit. Ita Lucæ vlt. Oportuit prædicari in nomine eius, poenitentiam in remissionem peccatorum, in omnes gentes. Ecce totum Euangelium nihil est, quā poenitentia: ergo vi- ta Euangelica est aliud nihil, quā poenitentia. Ideo Bern. recte dicit. Qui non assidue ad poenitentia festinat, facto ostendit se poen- tentia nō egere, quasi scz sit longe absurdissimū, esse aliquem, qui poenitentia non egeat.

SEX TO, Tota ecclesia teste Aug. vscp in finem mundi orat, Dimitte nobis debita nostra. Haec aut vox est poenitentiae ita, vt Christus dicat, Si non remiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester remittere vobis peccata vestra. loquitur ad Aposto- los sanctos filios dei: & vbi sunt eorum peccata? venialia quidem sunt, sed mortalia erunt, nisi remittantur. Sane sunt quidā, qui hanc orationem pro peccatis peccatorum orari garriant, quos oportet tanquā verbi dei depravatores cauere. Nam, quid dicent ad illud, Sanctificetur nōmē tuum, adueniat regnū tuum, fiat vulūtas tua; hoc sanctissimi etiam orant, at orando confitentur se nondum san- ctificasse nōmē dei, nondum in eis esse regnum dei, nec iusti- C ij

Nullū peccatum
sine poenitentia
tollitur.

Pro remittē-
da culpa ora-
tur, pro remis-
sa grās agim?

Concupiscere
contra spiritū,
peccatum est.

Totū Euange-
lii aliud nihil
est, quā poeni-
tentia p̄dicatio.

Dimitte nobis
debitanā &c.

Sanctificet nō
mē tuū, adue-
niat regnū tuū
um &c.



SECVNDAE CONCLVSIONIS,

tlam eius. Sed queruntur hac oratione regnum dei & iusticiā eius, nondum se fecisse voluntatem dei. At hæc omnia sunt debita culpx, & peccata contra legem dei, qui vult nomen suū sanctū esse, in nobis regnare, voluntatem suam in nobis fieri. Nec putādum, qđ fidele oretur, quare sequitur, omnes vere orare, & vere sibi hæc deesse confiteri. Et ita pater, qđ sola oratio dominica nos docet, Primo, esse nos quotidianos peccatores, & semper peccare. DEIN DE, totā vitam esse pœnitentiā & orationem, & contritionem.

EX quo vtterius sequitur, contra Concilii Constantieñi, determinationem, omnem actum hominis esse malum extra gratiam, quando eriam actus iustorum in gratia, non est bonus, nec implet mandatum dei.

VL TIMO, ad hoc vrgent tot Apostoli Pauli exhortationes, ut mortificemus membra, quæ super terram sunt. Coll. iiij. Et facta carnis. Rho. viij. Et renouemur in nouitate sensus. Rho. xij. Et carnis curam non faciamus in desideriis eius. Ibidem, crucifigamus carnem cum concupiscentiis. Gala. v. Quæ omnia eo tendunt (vt clarum est) qđ assidue penitendum sit, quia peccatum fomitis assidue mouetur, & noua desyderia profert, ceu spinas & tribulos terra maledicta. Gene. iiij.

Cætera in resolutorio Con. i. ii. & iiij. & con. Sed nec adhuc vi deo huius conclusionis sententiam confutatam, nec eī tacta fuit LIPSIAE in una syllaba. Eius etiam sententiam si neges, necesse est, vt neges omnes ferme libros b. Aug. contra Pelagianos editos, qui totus per omnia in hanc sententiam procedit. Sequitur ergo, hanc non esse doctrinam nouam, vt Eccius calumniatur, sed Eccii propositio contraria huic, est nouus & vetus error, ad hæsim pertinens Pelagionorum, nec Concilium quicq; contra statuere habet, nisi velit errare, sicut saepius fecit.

CONCLVSIQ SECVNDA.



N bono peccare hominem, & peccatum veniale non natura sua, sed dei misericordia solum esse tale, aut in puerō post baptismum peccatum remanens, negare hoc, est Paulum & Christum semel conculcare.

Tria comprehendit ista conclusio.

TRIA ista conclusio comprehendit, Esse peccatum in bono opere, Deinde peccatum non natura, sed misericordia dei esse veniale, & peccatum post baptismum remanere,

ISAI
pannis m
ritas obstr
tissima, es
sticas que
ponere, sci
quā Apol
dere vide
persona su
tiae iusti e
eundem i
iusticia leg
principio
stificantis
SECVN
vniuersa
mundan
gratia iu
iusticiā e
legali ful
se simul,
pollutas.
cuiuscun

SE

lis fuerit
cūq; cere
dem non
gerentur
gis, tanq;
gelii, in
bebat st
cet. Q u
imminūd
bona. pr
dum era
munda
iusticiæ

SE
faciat, &
qñ ben
suffecer
ret ver
stus fac
giuum, a
extra b

RESOLVTIO.

FO.XI.

Primum ita ostenditur.

ISAIAS. Ixij. Et facti sumus immundi omnes nos, & quasi
pannus menstruaræ vniuersæ iusticæ nostræ. Hæc vel sola auto-
ritas obstruat omnium contradictorum os & gulam, cum sit aper-
tissima, esse nos omnes immundos, & nō modo iniusticias, sed iu-
sticias quoq; nostras apud deum. SED scio quid hic soleant op-
ponere, scilicet prophetam loqui de iusticia nostra, quæ ex lege est,
quā Apostolus quoq; damnat. In hanc sententiam & d. Hiero. ce-
dere viderunt. Sed verba prophetarum sunt manifesta, loquitur em̄ in
persona sua, & totius fidelis populi, qui non iusticia legis, sed gra-
tia iusti erant. Siquidem, & ipsi eandem escam māduauerunt, &
eundem spiritum fidei habuerunt, ut Apostolus dicit. Nec enim
iusticia legis confitetur deo in humilitate, non est accusatrix sui in
principio, sed inflata excusat se & iustificat, quare solius gratiae iu-
stificantis est dicere & cōfiteri, se esse immundum & iniquum.
SECVNDO, non dicit iusticia nostræ, aut nos, sed omnes nos, &
vniuersæ iusticæ nostræ, neminem excipit, & nullam iusticiam
mundam asserit, ergo non potest trahi ad aliquos, qui non fuerint
gratia iustificati, nec ad solam legalem, sed ad omnes, & ad omnē
iusticiā eorum. At certum est aliquot inter eos fuisse, qui plus quā
legali iusticii iusti essent, & aliam quā iusticiam legalem tunc fuisse
se simul, & tamen dicit omnes immundos, & vniuersas iusticias
pollutas. Quare vincit hæc autoritas, & tam aperta verba cogūt
cuiuscunq; interpretationē posthaberi, suo apertissimo sensui.

SED & illud malo intelligendi vsu dicitur, qd iusticia lega-
lis fuit immunda ad iusticiā Euangelicā comparata, quia lex vt
cūq; ceremonialis, erat bona, & a deo instituta, quare iusticia eius
dem non erat de se immunda villo modo, cum tunc non minus co-
gerentur ea seruare, quā decalogi præcepta. Ideo, qui de iusticia le-
gis, tanq; immunda loquuntur, solum respiciunt ad tempus Euau-
gelii, in quo est abrogata. nō, quia immunda, sed quia fiduciā præ-
bebat stultis contra gratiam dei, ut Apostolus ad Gal. & Rho. do-
cet. Quare sicut ceremonialis iusticia erat bona & recta, & tamē
immunda, ita & decalogi eorū iusticia erat immunda, quā tum libet
bona, propheta em̄ pro suo tempore loquitur, quo iusticiā legis nō
dum erat abrogata, alioquin dicendū, qd deus eis præcepisset im-
mundam seruare, quod est detestabile. Stat ergo verbum, vniuersæ
iusticæ nostræ immundæ, & omnes nos immundi.

SECVNDO, illud Eccle. viij. Non est iustus in terra, qui bene
faciat, & nō peccet. Solet aut̄ & hoc verbum sic eludi, qd iustus ali-
qñ benefacit, aliqui peccat, sed hoc nō stabit, si em̄ hoc voluisse,
sufficerat dicere, Non est iustus, qui non peccet, quid em̄ superflue-
ret verbis, quasi aliquis sit iustus, qui faciat male. Non em̄ nisi iu-
stus facit bene, & a benefaciendo iustus est, ideo, ut exprimat vi-
tium, addit, qui faciat bene, & nō peccet. Nam, dum de operibus
extra benefacta loquitur, sic dicit, Septies in die cadit iustus, & to-

Argumentū
ex Isa. quo cō-
vincit nos oēs
esse imundos.Male dicit, iu-
sticiā legalē, ad
iusticiā Euāge-
licā compara-
tam, fuisse im-
mundam.Vniuersæ iu-
sticæ nostræ
immunda, &
nos omnes im-
mundi.

C iii



SECVNDAE CONCLVSIONIS,

ties refurgit. Hic non addit, iustus qui bene facit.

TER TIO, illud Rho. viij. Quod nolo malum, hoc facio, qd^e volo bonum, hoc non facio. Et infra. Condelector em legi dei, secundū interiorem hominem, video aūtaliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ &c. Hic aduertamus Apostolum, cedant huic ratio & autoritas, siue ecclesiæ, siue Concilii. quoniam hic docetur, cuius contrariū, si angelus de cœlo docuerit, nō credam. NEMO hunc locum Ap̄lī mīhi superabit, nec euader. Primum hic idem v̄nus homo PAVLVS sanctus Apostolus, plenus gratia, simul delectatur in lege dei, simul repugnat legi dei, simul vult bonum secundū spiritum, nō tñ agit propter carnem,

Repugnare legi dei. sed cōtrariū, ergo peccat dum bene facit. Nam, repugnare legi dei, quis aliud quā peccare audeat intelligere. Non agere bonum, non

ne contra legem dei est. At, dum vult hoc bonum, eo ipso nō facit hoc bonum, sed malum contrariū. cum ergo nunq̄ sit sine repugnatiā, nunq̄ sine vītio bene facit, nunq̄ ergo plene implet legem dei; quare, vt sic dixerim, Voluntas illa legis dei in carne semper

est, quā lo voluntas est legis dei, per hanc benefacit; per illam ma-

le facit. Nolle, est ex carne, velle ex spiritu. ideo oramus, vt fiat vo-

luntas dei in terra (carne) sicut in cœlo. i. spiritu fit, sic dicit. Velle mihi adiacet, perfidere nō inuenio. Hoc & Scholastici dicunt, Qd̄

homo sit difficultis ad bonum, & pronus ad malum: & tamen au-

dent dicere, nō esse peccatum in opere bono. quasi difficultas, quē im-

pedit hilarem, & liberam legis dilectionem, nō officiat, quo min⁹

legi dei satifiat, quā nō nisi puro & libero amore impletur. Psal. i.

In lege domini voluntas eius. & i. Timoth. i. Finis legis charitas.

Ita de Christo Psal. xlviij. Dilexisti iusticiā, & odisti iniquitatem.

CONCL VDIT ergo Paulus, igitur mente seruio legi dei, carne

aūt legi peccati. Quid expressius dici potest, idem seruus, eadem

seruitute legi dei & legi peccati seruit. Adhuc negas peccatum esse,

seruire legi peccati? Eadem fronte neges, bonum esse seruire legi

dei. Est ergo omne opus bonum vitiōsum cuiuscunq̄ hominis in

hac vita, propter seruitutem peccati, qua tenetur captiuus in carne,

vt legi dei semper debitor & peccator maneat hoc vno saluus.

quod cum Apostolo clamat. Infelix homo ego, quia me libera-

bis de morte corporis huius?

Caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem, hæc em̄ sibi in-

ritum, spiritus uicem aduersantur, vt nō ea, quæ vultis, faciat. An etiam hic nō

aduersus carnem apertus est PAVLVS. Concupiscere aduersus spiritū, pecca-

tum est, & cōtra legem dei. At hæc duo manent, quā diu caro ma-

net. ita nō faciunt qd̄ volunt. Volunt legem dei seruire, ne concus-

piscant aliquid cōtra legem dei. sed nō faciunt, nec implēt hoc vel

le, ideo manent peccatores, & non vnum saltem opus faciunt, in

quo nihil sit debiti, aut defectus a lege. HIC vero obstreput, d.

hic defectus propriæ peccatum nō est, ideo tenendus est v̄sus loquen-

di, & loque
qui a loque
oporet ess
legi peccati
non potest
leat ergo t

IGIT

etis, repugn
hilaritatis.
em sine can
operatur. C
& auersio
camus, du
qd̄ caro m
HAECE
& nō pec
ne ista ve
cato in op
tore & el
rosum rub
male seca

SEXT
semiuero
dem vuln
misit stab
accepta g
stra talia f
lunt, quæ
stantia, q
stolos pla
na data d
sententia
bonos, q
tia, aut v
tis sacris l
ore, vt ip
scriptura
tismo re
linqui pe
expressio
non, vt t
catum ib
pelli: rea
sum exp
tiā. Q
pactum

Q

RESOLVTIO.

FO.XII.

at, & loquendū vt multi. Respondeo. Tuus yſus est per nicioſus, qui a loquendi yſu recessit, qui in ſacris literis eſt, cuius Theologos oportet eſſe conſtantilimos obſeruatores. Paulus dicit, qđ feruit legi peccati, & contra legem agat. At peccatum magis proprie dici non potest, quā id, quo contra legem eſt, & legi peccati feruit. Valeat ergo tuus loquendi abuſus. Sed de hoc infra in pcfō veniali.

IGITVR, tantū eſt ibi peccati, quantū voluntatis, diſcultatis, repugnanciæ. Et tñ ibi meriti, quantū voluntatis, libertatis, hilaritatis. Mixta ſunt hæc duo in omni vita & opere noſtro. Non em̄ ſine carne ſumus, nec ſine ea opera mur. At qualis eſt caro, talia operatur. Q. d' ſi ſit tota voluntas, iam eſt peccatum ibi mortale & auerſio. Tota aut̄ voluntas in hac vita nō eſt, ideo ſemper peccamus, dum bene facimus, licet qñiq; minus, qñiq; magis, ſecundū qđ caro minus fuerit impoſta cum ſuis immundis defyderiſ. HAEC ergo eſt cauſa, quare nō ſit iuſtus in terra, qui faciat bene, & nō peccet. Eſt aut̄ talis iuſtus ſolum in ccelo. Cum aut̄ homo ſine iſta voluntate nō ſit, nec ſine ea operetur, per hoc, nec ſine peccato in opere bono erit. Q uō em̄ ſine ea operari pōt, qui ſine ea viuere & eſſe nō potest. Quare iuſtus eſt velut instrumentū coruſolum rubigine, qđ de⁹ ſuſcepit expoliendū, qđ vbi corroſum eſt, male ſecat, donec perfecte ſit expolitum.

SEXTO, ad hoc valet illa parabola (Lucæ. x.) Samaritani, qui ſemiuiuo homini, iuſfuſu vulneribus oleo & vino, alligauit qui dem vulnera, ſed nunquid mox ſanauit? non, ſed curam eius comiſit ſtabulario, donec rediret. Itaç ecclesia ſtabulum eſt, in quo accepta gratia baptiſmi, quotidie curamur a peccatis. Et opera noſtra talia ſunt, qualia eorum, qui incipiunt ſanari. ſanati aut̄ nondū ſunt, quæ pater, qđ ſint partim egra, partim ſana, multum ab his diſtantia, quæ ſanī perfecte faciunt. Inde Christus Matth. vii. Apoſtolos plane malos appellat, dicens. Vos cum ſitis mali, noſtiſ bona data dare filiiuſ vestriſ. Si aut̄ ſunt mali, iam ſtabit eiusdem dñi ſententia. Arbor mala, nō pōt fructus bonos facere, & tñ faciunt bonos, quantū ſunt arbor bona, & ecōtra. Q. d' aut̄ hæc intelligētia, aut̄ yſu loquēdi, apud Theologos periit, in cauſa eſt, qđ relicti ſacris literis, cooperiūt de hiſ rebus diuiniſ humano (id eſt, faciliter, vt ipſi putant) mō loqui: & ſic paulatim amiserūt, & ſenſum scripturæ, cuius verba tanq; vafa reliquerūt ſimul, qui cum in baptiſmo remitti omnia peccata ſcirent, ſtatim intulerūt, nullū ibi relinqui peccatum, fomitem non peccatum, ſed infirmitatem, cōtra expreſſum textum Ap̄lī appellantes. cum peccatum remittatur ibi, non, vt non ſit, ſed vt non imputetur (vt b. Augu, ait) Eſt ergo peccatum ibi veriſime, niſi qđ non imputatur, eo qđ cōceptū eſt expelli: reatus quidem ſolutus eſt, iſpum autem maner, donec & iſpum expellatur. SVMVS em̄ in phase. i. transiſtu de peccato ad gratiam. Q. d' ſi cefſes illud expellere, ac pro non peccato habeas, iam pactum non ſeruas baptiſmi, & redit reatus eius. pactus em̄ eſt, te

Respondet ad
uerſario.

Peccatum.

Peccatum & me
ritū mixta ſū
in omni vita,
& opere nro.
Semper pec
camus.

Parabola Sa
maritani.

Peccatum per
baptiſmum re
mittitur, non
vt non ſit, ſed
vt non impu
tetur,

ſacio, qđ
gi dei, ſe
membris
nus Apo
Conciliis,
docuerit,
ec euadet,
postolus,
at legi dei,
r carnem,
re legi dei,
num, non
o nō facit
ne repug
let legem
ne ſemper
illam ma
vſi ſiat vo
icit. Velle
cunt, Q. d'
amen au
ras, que im
quo min⁹
etur. Psal. i.
is charitas.
iquitatem
i dei, carne
is, eadem
ccatiſ eſſe,
eruire legi
ominiſ in
us in carne,
no ſaluuſ.
me libera

Caro cōcu
em̄ ſibi in
ſiam hic nō
irritū, pecca
tu caro ma
ne, ne concu
lēt hoc vel
faciunt, in
trepunt; d.
ſus loquen

SECVNDAE CONCLVSIONIS,
peccatum expugnaturū, ac diabolo, pompiſq; eius reluctaturum.
quod cum de peccatis extra te positis intelligis, & tūcum peccatum
intus nullum esse putas, nec recte baptismi sacramentū intelligis,
nec accipis. Nihil ergo differt peccatum fomitis a quolibet crimi-
ne post vel ante baptismum, cum sit æque contra legem dei, sicut
quodlibet aliud, nisi quod non imputatur.

Nihil differt
peccatum fomi-
tis a quolibet
crimine, ante

Q VARB quid alii in theologia scholastica didicerint, ipsi vi
vel post baptis derint. Ego scio & confiteor, me aliud nihil didicisse, quā ignoran-
mū, nisi qd nō
tiā peccati, iusticiæ, baptismi, & totius Christianæ vitæ. nec quid
virtus dei, opus dei, gratia dei, iusticia dei, fides, spes, charitas sit.
Breuiter, non solum nihil didici (qd ferendum erat) sed, & nō nisi
dedita didici, omnino contraria diuinis literis. Mīror aut̄, si alii
fœlicius dīcērīt. Q uia si aliqui sint, candide eis gratulor. Ego
Christum amiseram illū, nunc in Paulo reperi.

Satum.

SEPTIMO, huc parabola Matth. xij pertinet. Simile est regnum cœlorū fermento, quod acceptū, mulier abscondit in farinæ
satis tribus, donec fermentaretur totum. Satum genus mensuræ
est hebraicū, modiū & dimidiū cōtinens, autore Hiero. Quare aut̄
sunt tria ſata ista farinæ, modo non est locus dicere. Sat nunc est fa-
rinam esse nos homines, fermentū absconditū Christum, & gra-
tiam nobis largitam in ſpiritu fidei. Sed ſicut fermentū nō ſubito
fermentat cōpersionem totam, Ita gratia infusa, nō mox diſfun-
ditur per totum corpus, ſed paulatim totum hominem fermentat,
ſibiq; ſimile reddit. Quare peccatum ibi reliquum eſt, ſed quia
ceptum expurgari, non imputatur expurgatori. hoc eſt em in bap-
timo omnia peccata remitti, nō imputari ſez, nō aut̄ penitus eu-
cuari.

Error eſt, pec-
catum, quo ad
formale (vt di-
cūt) ſuū, p bap-
tismū tolli.

ERROR ergo eſt, & humana ſunt cōmenta, qd peccatum
quo ad formale ſuum tollitur. formale aut̄ appellant, priuationē
gratiae, materiale ipsum fomitem vel habitum. Reatus tñ tollit,
formale aut̄ tñ manet, quantū materiale. hoc eſt, priuatio gratiae,
tanta ibi eſt, quanta eſt cōcupiſcētia reliqua. Oportet em in locum
cōcupiſcentie ſuccelere charitatem, quæ nō eſt, ybi cōcupiſcentia
eſt. Cauſa erroris eſt, qd ſubiectum gratiae dant ſolam animam,
eiusq; nobiliorem partem. Deinde, qd carnem & ſpiritum distin-
giunt metaphiſice, tanq; duas ſubſtantias, cum totus homo ſit ſpi-
ritus & caro. tñ ſpūs, quantū diligit legem dei. tñ caro, quantū
odit legem dei. Sic ſanitas & morbus, iuxta ſunt in eodem corpo-
re, aut eodē loco carnis. IDEO em, iuxta Salomonem, Nemo glo-
riari potest ſe habere mundū cor, quia caro: id eſt, affectus carnis,
& cōcupiſcentia, quæ eſt fermentū vetus nequit: totum hoīem
corrupit. Iuxta Gen. viij. Nō permanebit ſpūs meus in homine,
quia caro eſt, inquit, nō carnem habet, quia toto affectu cordis car-
nem ſapit. Quare fermentū nouum, quæ eſt charitas, rursum mi-
ſetur huic fermento veteri, vt ipsum e toto homine eiſciat, primū
de corde, deinde de toto corpore, & omnibus membris.

OCTAVO, illud præualidū in Psal. clxij. Nō intres in iudicū

Cauſa erroris,

cum seruo-
uens. Hic
rimo mer-
qui viuim
eos nume-
hoc quæſe-
deo, qui iu-
dum, qd i-
ne peccata-
damnatū.

Q VO
nec oēs vi
Ecclesiā
tamē legi
& extra e-
ribus, que
cipientis;
natū rede-
niri dicer-
bus recte
biberent
Et i. Pe. i.
bunt? E
in ſuo op-
meritorū
vt ſi iudi-
nable) o
mortalia
logiam ſ
ratione r
caret, in
ctorum

A V
bili, ſi re
Nōne or
mifericord
contra le
tum in n
quōcūn
in regn
lege, qu
re. Eloq
ſeptupl
uus no
tum ve

Q V

tum ve

RESOLVTIO.

FO.XIII.

cum seruo tuo, quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis vi-
uens. Hic quæro, an ille iustus, quem fingunt, cum in ipso pulcher
rimo merito iam actualiter fuerit, etiam sit numerādus inter eos
qui viuunt. cum psalm⁹ oīs viuens vniuersaliter dixerit? Si inter
eos numeratur, non iustificabitur corā iudicio dei, vt hic dicit. Cur
hoc quæso? si sine peccato est in opere bono, non potest damnari a
deo, qui iusticia est ipsa, nihil magis amans quā iusticiā. nec timen Deus est ipsa
dum, qđ iustus iudex iusticiam damnet. Si autē damnatur, iam si iusticia.
ne peccato non est, & contra legem dei inuenitur egisse. Non em̄
damnatur, nisi qui legi dei non satifecit.

Q. VOD si is nō iustificabitur in iudicio dei, qui seruus dei est,
nec oēs viuentes, inter quos necesse est sanctissimos aliquot esse, si
Ecclesiam sanctā, sanctorū cōionem in terris viuere credimus, qui
tamē legem impletū: qualis putas furor est eorum, qui citra gratiā
& extra ecclesiam insaniūt, legem posse impleri ex naturalib⁹ vi-
ribus, quo ad totam substantiā facti, licet non ad intentionem præ-
cipientis? Ad hoc, vt iterum ad articulū Hussiticū Constantiæ dā-
natū redeam, quātus error est, Actum neutrū & non malū inue-
niri dicere, qñ actus iustorum non est iustificabilis corā deo? Q uis
bus recte illud Hiere, dici potest. Ecce quibus iudicū non erat, vt
biberent bibentes bibent. Et tu innocens eris? Non eris innocēs.
Et. i. Pe. iiiij. Si iustus vix saluabitur peccator & impius vbi pare-
bunt? ET vide monstra, quæ hic sequuntur. Impio extra gratiā
in suo opere bono tribuunt, nec veniale peccatū, sed solummodo nō
meritorū. cum hic iusto in opere bono tribuatur a deo peccatum,
vt si iudicio dei sistatur, non possit iustificari (hoc est mortale & dā-
nabile) quanto ergo magis impīi opera bona sunt damnabilia &
mortalia, nequaq̄ neutralia seu media. Et adhuc gloriantur Theo-
logiam scholasticam, non esse contra Theologiam sacram, cum hac
ratione melior esset conditio peccatoris quā iusti, vbi ille nō pec-
caret, in quo iustus peccaret. Hinciam videmus, vnde fluant san-
ctorum patrum sententiae.

AVGV.lib. ix. Confess. Ve hominū vitæ quantūcunq; lauda-
bili, si remota misericordia iudicetur. Q uid hic quæso sequitur?
Nōne omne peccatū esse omnino mortale ex natura sua, sola autē
misericordia dei veniale? Nec mirum sane, quia omne peccatū est
contra legem dei. At contra legem dei esse, iam gratissimū est, quā
tum in ipso est. Necesse est em̄ perpetuo separari a deo, quicquid
quocunq; contra legem dei est, cum nihil inquinatū intraturū sit
in regnum coelorum. DEINDE, cum nec apex sit præteritus a
lege, qui non fiat, necesse est nec veniale quidem peccatū remane-
re. Eloquia em̄ domini casta, argentum igne probatum, purgatū,
septuplum. Ita purum esse oportebit & hominem, alioquin, sal-
uus non erit, aut apex vnius præteribit.

Q. VOCIRCA, grauis error est iterum Theologorum, pecca-
tum veniale penitus nihil curantū, & garrentū, qđ veniale pec-
ca-
Datus.

Obserua mon-
stra, q̄ ex actu
neutrali: quem
Scholastici po-
nunt: sequunt.

Omne pecca-
tū ex sua natu-
ra mortale est,
sola autē dei mi-
sericordia ve-
niale.

Alius The-
ologorum er-
ror, circa venia-
le peccatum.

staturum,
peccatum
intelligis,
bet crimi-
nū dei, sicut
int, ipsi vi
ā ignoran-
e, nec quid
naritas sit.
, & nō nisi
or aut, si ali
culor. Ego

mile est reg
in farinæ
s mensuræ
o. Quæ aut
nunc est fa
um, & gra
ti nō subito
nox diffun
fermētāt;
est, sed quia
et em̄ in bap
penitus eua
qd peccatū
priuationē
us tm̄ tollit,
atio gratiæ,
em̄ in locum
occupiscentia
m animam,
itum distin
homo sit spi
ro, quantū
dem corpo
n, Nemo glo
rectus carnis,
otum hoīem
in homine,
ru cordis car
rufsum mi
cijat, primū
oris.
res in iudicū



SECUNDÆ CONCLVSIONIS,

tatū deum non offendit, aut solum venialiter offendit. Si tam leuis offendio, cur iustus vix saluus erit; cur non sustinet iudicium dei, & iustificari iustus non potest; cur tam serio & nō venialiter, nec improprie orare cogimur. Dimitte nobis debita nostra. Et fiat voluntas tua. Adueriat regnum tuum. Sanctificetur nomen tuum. Nonne appetet hos Theologos, primi extinguerem timorem dei in hominibus. Deinde, pulullos & ceruicalia sub manibus & capitibus eorum ponere, ut Ezechiel dicit, ac orationes eorum remittere, & spiritum extinguere? Non est res leuis momenti (dicant quid velint) legi & voluntati diuinæ, vel uno solo disfertur. nec res est leuis, misericordia diuina, quæ veniale ignoscit. Ita illi legem & voluntatem ac misericordiam diuinam, pene pro ignavia habent, ne ferueat oratio, neue ardeat gratitudo iustorum. Attendamus ergo a fermento isto pharisaico.

HIS interim satis factum est. Ecclesiæ secundæ propositionē esse & erroneam & impianam, quæ negat iustum in omni opere bono peccare. Aut iustum peccare mortaliter (si iudicium diuinum spectes). Aut peccatum in baptisato remanere. Hæc enim humanis somnis concepit, qui in sacris literis, quid peccatum aut opus bonum sit, nec legit, nec intellexit.

ITERVM Aug. lib. I. retract. xxix. ubi quesivisset apud mandata dei fuisissent ab Apostolis impleta omnia. dicit, omnia mandata implentur, quando quicquid non impletur, ignoratur: quia in eisdem mandatis est & illud, quod tota ecclesia vobis ad finem mundi orat. Dimitte nobis debita nostra. Vides quid mandata non operâ mandata, tibus hominibus, sed ignoscente deo implentur. Quid autem ignoratur in operibus mandatorum, nisi peccatum? At non leuis est ignoribus hominibus, scientia, quæ diuina maiestas donat. Desinat ergo veniale peccatum, sed deo igne leue facere, ad cuius remissionem, non homo, non angelus, sed misericordia æternæ maiestatis necessaria est. Deinde, non leue mandatum est, quo id eadem maiestas iussit orare (ut Aug. hic dicit) Dimitte nobis debita nostra. Diuina maiestas veniale peccatum tantum facit, ut pro eo delendo præceptum statuat orandæ misericordiæ suæ, & homo sibi securitatem in illo singit; Ve illi, per quem tantum scandalum venit.

ITERVM, idem Aug. Epistola. xxix. ad beatum Hieronimum de virtutibus diligunt, dicit. Et, ut generaliter breviterque complectar, quam de virtute habeam notionem, quid ad recte vivendum attinet. Virtus est charitas, quæ id quod diligendum est, diligitur. Hæc in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est. Plenissima vero, quæ non poslit augeri: quâdiu hic vivit homo, est in nemine. quâdiu autem augeri potest, profecto id quod minus est quâ debet, ex vitio est. Ex quo vitio, non est iustus in terra, qui benefaciat, & non peccet. Ex quo vitio, non iustificabitur in conspectu dei omnis vivens; propter quod vitium, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipso seducimus, propter quod etiam, quâtumlibet

Virtus quid sit.

proficerim
ta nostra. cu
milla sint.

HAEC
omnia cōfir
tiā causa

D. H
Confitebo
etatem pe
re oportun

Si san
habet, qua
testimonia
maculatus
iusticiæ co

IDEN
temur, &
cordia, qua
currentis h

ADD
nō iustifi
ne meritu
trio distric
cum eo, ne

SEC
responde
mine, etia

TE
nō respon
pe dixim
stricte stu
bere discu

QVA
parcis del
nō facieb
& deliqui
te egerim

QV
meæ, tam
ruptionis
nequaquam
dia recta
dus non i
locus, qui
nos habet

VIDI



RESOLVTIO.

FO. XIII.

Si tam le-
judicium dei,
aliter, nec
Et fiat vo-
Nōne ap-
n hoībus.
s eorū po-
iritum ex-
int) legi &
is, mili-
voluntate ac
eat oratio,
fermento
oppositionē
pere bono
uinū spec-
nanis som-
s bonū sit,
t an māda/
la mandata
qua in eis
em mundi
a nō opera
ut ignosci
is et igno-
iale peccatū
lus, sed mi-
on leue mā
nic dicit) Di-
ccatum tan-
misericor-
per quem
a Hiero. de
omplectar,
ndum atti-
gitur. Hac
luna vero,
emine. quā-
quā debet,
enefaciat, &
tu dei om-
ccatum non
quātumlibet

profecerimus, necessarium habemus dicere, Dimitte nobis debita nostra, cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata, dimissa sint.

HAEC clarissimi patris clarissima sententia, nonne prædicta omnia cōfirmat, qd defectu charitatis, reliquā nimis tū concupiscentiam causam facit peccati in quolibet opere bono?

D. Hierony. li. ij. contra Pelagia, tractans illud psal. xij. dixi, Confitebor aduersum me in iusticiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei, pro hac oradit ad te omnis sanctus in tempore oportuno.

Si sanctus est (inquit) quō orat pro impietate? si iniuriam habet, qua ratione sanctus appellatur? Tandem plurima scripturæ testimonia, præsertim Iob adducens, concludit. Ecce Iob noster immaculatus & sine querela, & abstinent ab omnimalo, quali fine iusticia coronatur, vt misericordia dei indiget.

IDE M. li. primo. Tunc iusti sumus, quando nos peccatores fatemur, & iustitia nostra non ex proprio, sed ex dei consistit misericordia, quare miserentis est & ignoscentis dei, non volentis neque currentis hominis.

ADAMVS Grego. in Moralibus primo, super illud Iob. ix. Nō iustificabitur homo cōpositus deo, sanctus, inquit vir, quia omnem meritum virtutis nostræ virtutem esse cōspicit, si ab interno arbitrio districte iudicetur. ideo recte subiungit, si voluerit cōtendere cum eo, non poterit vnum respondere pro mille.

SECUNDVDO ibidem super illud. Si repente interroget, quis respondebit ei, quia (inquit) si remota pietate discutitur, in eo examine, etiam iustorum vita succumbit.

TERTIO ibidem super illud, Si habuero quippiā iustum, nō respondebo, sed meum iudicem deprecabor, vt em (inquit) saepe diximus. Ois humana iusticia, iniusticia esse cōuincit, si disstricte iudicetur, prece ergo post iusticiā indiger, vt quae succumbere discussa poterat, ex lola iudicis pietate conualefcat.

QVARTO ibide, Verebra oia opera mea, sciens, quia non parci delinquēti. Ecce vir sanctus in operib⁹ oib⁹ nō malis (que nō faciebat sanctus, vt testatur dñs de eo in principio libri) timet & deliquisse se sentit, ac min⁹ fecisse. Ibi Gregori⁹ dicit, quae aper te egerim video, sed quid intus latenter pertulerim, ignoro.

QVINTO ibidem, Si fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamē sordib⁹ tinges me &c. Greg. Q uia quo usq; pena corruptionis astringimur, quātūlibet rectis operibus, vera mundiciā nequaq; apprehendimus, sed imitamur. Et infra, quāuis per studia rectæ operationis exercear, in tua tamē noticia video, quia mū dus non sum. Et in fine moralit. Q uis inter ista remanet salutis locus, quādo & mala nostra, pura mala sunt, & bona nostra, quae nos habere credimus, pura bona esse nequaq; possunt?

VIDES ergo, omne opus bonū esse partim malum, etiam in parti malū ē.

D ij

Tunc iusti sumus, quando nos peccatores esse fatemur.

NOTA

Ois h̄itana iu-
sticia, iu-
sticia esse cōuincit,
prece ergo in-
diget.



SECVNDAE CONCLVSIONIS,

tantis viris, imo qd amplius est & mirabile, qd potest vtrunc
verū esse, qd Iob sese confiteretur peccatorē per totū librum, quem
deus in principio extimie laudat, & iustum pronūciat. Necq; enim
deus mentitur, necq; Iob mentitur, quem nō mentiens deus vtq;
de veritate laudat. Est ergo verillime peccator Iob, sicut vere con
fiteretur, est etiam verillime iustus, sicut deus eum commēdat. quo
modo hec cōuenient, nisi qd re uera peccator fuit, sed sola dei ignos
cente misericordia iustus.

Tacitæ obiec
tionis rñsio.

DICVNT aut̄ hic quidā, verū quidē est. Null⁹ est iustus si cū
dei iudicio competit. immo inquietū, sic nec angeli iusti sunt. Re
spondeo, hoc vltimum blasphemum est, quia deus mirabilis est
in Beatis (vt Ap'lus ait) nec eorum iusticia, nr̄e iustitiae modo pen
sanda est. Sunt em̄ plene & pure iusti, etiā dei iudicio: verum nos,
quia in p̄ctō nati, & peccatum velut naturam induit, sine peccato
non sumus, donec similes angelis erimus.

PRIMVM aut̄ p̄ me facit, nam īdeo dixi, nullū esse peccatum
natura sua veniale, sed om̄ia dñabilia: qd aut̄ venialia sunt, dei
gratia (qd magnitudinea est) tribuendum est. īdeo ne paruipe
datur diuinæ maiestatis misericordia, necesse est venialia peccata
maximi facere.

RATIONEM ETIAM ADDEMVS DICTORVM.

NECESSE est hoc mandatū impleri, Diliges dñm deum tuum ex
toto corde, ex tota anima tua, ex totis viribus. ita vt nec iota, nec
apex p̄tereatur. At cum ex Ap'lō R. vij. pbauerimus peccatū &
concupiscentiā in membris repugnare legi dei, clarū est, qd nec ex
toto corde, nec ex tota anima, nec ex totis viribus diligere ullus
posit. vbi em̄ concupiscentia in corde, in aīa, in viribus est, ibi nō
totū cor, non tota anima, nō totē v̄ires diligunt: ac per hoc tantum
peccant, qd ubi reliqua est concupiscentia seu p̄ctū. atq; sic de⁹
hoc p̄cepto, omnes sub p̄ctō tenet conclusos, vt oīm misereatur.
Verum inueniuntur hic glosam, qua in mille annis vix data est pe
stilētior, scz, quod deus non requirit perfectam impletionē hui⁹
& similiū legum. cū Christus clare dicat, nec iota nec apicē a lege
prætereundū. Ideo timendū est, istos doctores esse inter eos, quos
describit Christus d. Q ui ergo soluerit vnum de mādatis istis mi
nimis, & sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno cœlo
rum. Non ergo dicendum est, deus nō requirit perfectū mandatū.
hoc enim est mutare mandatū dei, sed ignoscit qd minus facimus
Non aut̄ ignoscit stertentibus, sed operantib⁹, timētib⁹, & cū Iob
dicentib⁹. Verebar omnia opera mea, sciens qm̄ non parcis delin
quenti: illi vero docent, qd parcat deliquēti, dū dicit non requirit,
Cae ergo ne putas a tenon requiri totum mandatū, ne forte ig
nores te qd̄ delreas deo, ac per hoc superbias ac tepidus fias, gra
tiam eius fastidiens, ad quam te qd̄ maxime vrgere voluit mādato
tibi impossibili.

In fine iterum induco orationem dominicam, quē sola plus &

Glosa vana sit
per præcepto,
Diliges domi
nū deū tuum.

Deus nō igno
scit stertentib⁹,
sed operatibus
& timentib⁹.
Inveniuntur
hic glosam, qua
in mille annis
vix data est pe
stilētior, scz, quod
deus non requirit
perfectam imple
tionē hui⁹ & similiū
legum. cū Christus
clare dicat, nec
iota nec apicē a
lege prætereundū.
Ideo timendū
est, istos doctores
esse inter eos, quos
describit Christus
d. Q ui ergo
soluerit vnum
de mādatis
istis minimis,
sic docuerit
homines, minimus
vocabitur in
regno cœlo
rum. Non ergo
dicendum est,
deus nō requirit
perfectū
mandatū. Non
aut̄ ignoscit
stertentibus,
sed operantib⁹,
timētib⁹, & cū Iob
dicentib⁹. Verebar
omnia opera
mea, sciens qm̄
non parcis
delinquenti:
illi vero
docent, qd
parcat
deliquēti,
dū dicit
non requirit,
Cae ergo
ne putas
a tenon
requiri
totum
mandatū,
ne forte
ignores
te qd̄
delreas
deo, ac
per hoc
superbias
ac tepidus
fias, gra
tiam eius
fastidiens,
ad quam
te qd̄
maxime
vrgere
voluit
mādato
tibi
impossi
bili.

melius er
tiorū The

Q VI

qd non ha

non habet

ctificare, se

Ita, qu

tra nos(vi)

& iusticia

ITA

cōfitetur:

liberū ar

nō nisi pe

fitetur: V

se tot m

adhuc Th

quæstion

dixi, opo

cum, rem

plorare: I

suz insci

FAC

vnu&

set bonu

dam, qui

unculis i

ista nō d

lib. arbī

DIC

aut̄ nō d

actus in

ceptari

ac per h

dignum

D

ex deo,

quicun

ideo ve

deo R

est con

mus, n

expositi

peccata

Sic con

res. N

inde, c

RESOLVTIO.

FO.XV.

melius erudit animā de lib. arb. gratia & peccato, quā omnes recē
tiorū Theologorū libri & argutiae disputationum.

Q VI ergo orat, sanctificetur nomen tuum, petit sine dubio, Sanctificet no
qđ non habet: non enim fictis verbis apud deum ludere licet. Si men tuum.
non habet, ergo pollutor est nominis dei. At nomen dei non san
ctificare, sed polluere, leue existimamus?

Ita, qui orat regnum dei aduenire, qđ est iusticia & pax, & in Adueniat reg
tra nos (vt Christus & Paulus docent) Nonne confiteat se iniustū num tuum.
& iusticia indigent. At hęc orant, nō nisi filii dei iusti & sancti.

ITA qui dicit, Fiat voluntas tua. Nonne rebellem se deo esse Fiat voluntas
cōfītetur? An non est peccatū, dei voluntatē non fieri? Vbi nunc tua.
liberū arbitriū? An nō hic de se desperat, ad solam gratiā cōfugit,
nō nisi peccatū sibi tribuit, & impossibilia mandata dei sibi esse cō
fītetur? Vbi hic est facere qđ est in se, qñ iusti orant, & peccatores
sele tot modis cōfītentur; Ita in omni ore haec oratio voluitur. Et
adhuc Theologi liberū arbitriū, peccatum, gratiam, tor studiis &
quæstionibus nō inuenierunt, quid faciant aut possint. Recte ergo Oportet homi
dixi, oportere hominē de suis operibus diffidere, & velut paralyti
cum, remissis manibus & pedibus, gloriam operum artificis im
plorare; licet hanc sententiam Eccius cū factiosis suis in singulare
sua inscritæ argumentum damnanerit.

FACESSANT ergo nugæ, & argumēta humana, quæ dicit
vnus & idē actus nō pōt esse acceptatus & deacceptatus. quia es
set bonus & nō bonus. Hoc em̄ subtilitatis Scoticæ induco, vt ostē
dam, quā lōge absint a veritate, dum res istas diuinæ hūanis rati
unculis incipiūt metiri. Nam, nisi scripturæ veritatē ignorant
ista nō dicent. Et si recte intelligerēt materiā gratiæ, peccati, &
lib. arbitrii, nō istas cauillationes pro bonis rationibus ducerent.

DICO ergo, idem actus est acceptatus, & nō deacceptat⁹. qđ Idem act⁹, est
aut̄ nō deacceptatur (oportet em̄ eorū verbis vti) non est bonitas acceptatus, &
actus in causa, sed ignoscētia diuina. quæ nisi esset, nullus esset ac nō deaccepta
tus. Quare satis patet, qđ sunt ignari diuinæ misericordiæ, tūs.

DICERENT rursus, cur ergo, i. Ioan. v. dicit, Q ui natus est
ex deo, nō peccat. Respondeo, Impossibile est, vt peccet filius dei
quicunq;. Tamen simul vere est, qđ peccat; sed quia ignoscitur ei,
ideo vere etiam peccans nō peccat. nisi Paulus non fuit natus ex
deo Rho. vij. vbi seruire se dicit legi peccati, aut ipse Ioan. mētitus
est contra seipsum, vbi dicit, Si dixerimus, quia peccatū non habe
mus, nosipos seducimus, & veritas in nobis non est. Sequitur em̄
expositio & concordia, quā dedi. Si aut̄ (inquit) confessi fuerimus
peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nřa.
Sic confitentibus remittit, & facit, vt peccatores non sint peccato*Iusti definitio,*
res. Negantibus aut̄ reseruat & facit, vt iusti non sint iusti. Pro & qđ sit Chri
stiane, difinitio iusti in hac vita est hęc. Iustus primo accusator est

D iiij

Q ui nat⁹ est
ex deo, nō pec
cat.

st vtrunc
um, quem
Neq; enim
deus vtric
vit vere con
nēdat. quo
a dei ignos
iustus si cū
ti sunt. Re
mirabilis est
modo pen
verum nos,
ine peccato
e peccatum
ia sunt, dei
e paruipe
alia peccata

ORVM.
um tuum ex
nec iota, nec
s peccatū &
est, qđ nec ex
ligere vllus
us est, ibi nō
hoc tantum
. atq; sic de
misereatur.
data est pe
pletionē hui⁹
apicē a lege
ter eos, quos
dati istis mi
i regno colo
ū mandatū.
inus facimus
b⁹, & cū lob
a parcis delin
non requirit,
ne forte ig
idus fias, gra
oluit mādato
sola plus &



TER TIAE CONCL VSIONIS,

sui. Ideo iusticia Christiana, est accusatio sui. Quā cito perit accusatio sui, statim recedit quoq̄ iusticia. Hos confessores Christus gestat in triumpho suo, Iesu Nazarenus Rex Iudeorum, id est, confessorum, hoc est verbum bonū & suave, quod Apostolus. i. Timo. i. iucundissime resonat: fidelis sermo, & omni acceptatione dignus, quia Iesu Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. I GITVR stat mea secunda p̄positio, & claret quō peccatū remaneat post baptisimū, & in omni opere bonō sit peccatum (si misericordia non succurrerit) mortale, & nullum esse natura sua veniale. Quare iterū stabilitur, qd multo magis actus impiorum sunt mere mali. & sic omnis actus aut bonus aut malus, contra determinationem Concilii Constantiēn., i. Thomistarum, quos ibi regnasse appetet.

Ex his etiam inferitur lib. arb. eile mere passiuū in omni actu suo, qui velle vocatur. & frustra garris distinctionem sophistarum, actum bonū esse totum a deo, sed nō totaliter. Est em̄ tot⁹ & totaliter a deo, quia voluntas gratia nō nisi rapitur, trahitur, mouetur, qui tractus redundans in membra & vires, seu animæ seu corporis, est eius actiuitas, & nulla alia, sicut tractus serræ secantis lignum, est serræ mere passiuū a sectore, nec ad tractum suū quicq̄ cooperatur, sed tū tracta fam in lignum operatur, impulsa magis quā impellens, quia ferratio opus eius cum ferratore dicitur, cum tamen mere patiatur, sed de hoc suo tempore latius.

CONCLV. TERTIA.

Qui opus bonum, aut poenitentiam a peccatorum detestatione ante dilectionem iusticiæ incipi, nec in eo peccari asserit, hunc inter Pelagianos hæreticos numeramus, sed & contra sacrū suum Aristotelem desipere probamus.

ISTA conclusio ex præcedentibus firmiter probatur. Si em̄ verum est, a deo nullum opus bonum ante gratiam fieri posse, vt nec in gratia pure bonum fiat, Poenitentia aut̄ bonum opus nimis sum sit, necesse est eam gratia præueniente inchoari. De poenitentia em̄ salutari loquimur, nō de poenitentia Iudei, aut damnatorū. Est ergo exprefse hæresis Pelagiana, dicere, poenitentia ante dilectionem iusticiæ incipi. Dilectio aut̄ iusticiæ, gratia dei est, nō natura. Verum, vt Eccianæ propositionis impietatem manifestius videamus, rem paulo altius incipiamus.

DOCVI ego in resolutionibus, & sermone de poenitentia, peccatorum recordationem ante amorem iusticiæ nemini esse saluta-

Hæresis est, affirmare poenitentia ante dilectionem iusticiæ incipi.

rem, sed no
amore iusti
lestia, nō ha
patribus co
onibus pra
sputatur un
AG
Lex iram
lex subint
transgress
Quibus o
tius augen
magis pro
ne accepta
cōcupiscer
auget pecc
gis iniurie
iussus pec
quam pec
at, quā sol
quā prius
odisse pot
cata quā p
se. Quare
clesia hyp
de odio pe
tur, aut l*c*

ET
arb. ante g
re audet i
cet, sed se
nitentiam
nitere inc
ne. DE
nem fieri
At charit
se stiam p
charitate
appellar
tis patril
contraria
temere c
esse iact
DE
cæcus ge
lectione



RESOLVTIO.

FO.XVI.

rem, sed noxiām, ideo p̄imum conādum, vt iusticia diligatur, cum amore iusticiæ peccata detestetur. Quām doctrinam, Ecciana mōlestia, nō h̄ereticam quidem nominauit, sed Euangeliō & sanctis patribus contrariam asseruit. Ideo magnifico titulo suis propositiōnibus p̄fixo, cōtra nouam doctrinam (eadem mōdestia, se disputatūrum) ebuccinavit.

AGE, Paulum Apostolum videamus, qui Rho. iiiij. dicit. Lex iram operatur, vbi enim non est lex, nec p̄euaricatio. Et. v. Lex subintravit, vt abundaret delictum. Et Gal. iiij. Lex propter transgressiōnēm poſta est. Et. i. Corin. xv. Virtus peccati, lex. Quibus omnibus id vult Apostolus, quod per legem peccata potius augmentur quā tolluntur, & concupiscentia magis irritetur, q̄ magis prohibetur; sed omnium manifestissime Rho. viij. occasio ne accepta, peccatum per mādatum, operatum est in me omnem cōcupiscentiam. Stat ergo sententia. Q̄d sine gratia lex occidit, & auget peccatum, & si foris cohibet manū, tamen intus eo magis inuitum accedit animū. Cum ergo peccator ante gratiam iussus peccata sua discitere, necessario legis dei memor sit, contra quam peccauit, necesse est, vt cōcupiscentias refriceret, & legem odiat, quā sola gratia diligere facit. Ita sit, vt hypocrita fiat, & peior quā prius, dum signulat se odisse peccata, quā vere, nec odit, nec odisse potest, nisi legem prius dilexerit, immo, plus iam diligit peccata quā prius, atq; idipsum si auderet, sine dubio fateretur & ipse. Quare istis pestilentibus & h̄ereticis doctrinis, repletur ecclesia hypocritis, dum raro de dilectione iusticiæ, semper autem de odio peccati docent, nec quomodo ad odium peccati perueniatur, aut sc̄iunt, aut docent.

ET Q VID moror? Cum ipse Eccius meus concedat, lib. arb. ante gratiam non valere nisi ad peccandum: qua infania dicere audet in ista Pelagiana propositione, quod non modo nō peccet, sed secundum Euangeliū, & secundum patres agat, qui penitentiam a detestatione peccati incipiāt. hoc est, a peccando penetrare incipiāt, cum ante gratiam, non nisi peccare detur in homine. DEINDE, etiam Scholasticorum sententia est, contritionem fieri oportere in charitate, ergo charitas prior contritione. At charitas amor est legis & voluntatis diuinæ. Quod si & ipse suam propositionem intelligit de peccatorum detestatione ex charitate fluente, Quā est ergo impudentia & temeritas, hoc appellare doctrinam nouam & contrariam Euangeliū, & sanctis patribus: quare dico, Si propositionem suam mex vult esse contrariam, h̄ereticam Pelagianam tenet sententiam, si consonā, temere & stulte eam nouam doctrinam, & contra Euangeliū esse iactitat.

DEINDE, nec Aristotelem suum intelligit, qui & ipse, licet cœcus gentilis, acutius m̄ Eccio meo vidit, omne actū virtutis ab electione libera & voluntate ac amore p̄fici, atq; priuatione, nec

De lege vide.

Lex sine gra-
tia, occidit &
auget peccatum.

Charitas est
amor legis, &
diuinæ volun-
tatis,

rit accusa-
ristus ge-
id est, con-
plus. i. Ti-
atione dig-
res saluos
cunda, p-
& in omni
mortale,
r, qd mul-
actus aut
stantien,

omni ac-
n sophista
m̄ tot⁹ &
titur, mo-
nimæ seu
secantis
lū quicq;
līsa magis
citur, cum

a pec-
iusticiæ
Pelagi
ra sacrū

tur. Si em̄
ri posse, vt
opus nim̄
peniten-
tia, ammatorū.
ante dilec-
st, nō natu-
festius vi-
nitetia, pec-
esse saluta-



QVARTAE ET QVINTAE CONCLVSIONIS,
noscí nec odiri posse, nísi cognita & amata re positiua. peccatum
aut priuationem esse omnes dicunt, iusticiam aut rem positiuam.

CONCLV. QVARTA.

Deus mutat poenam æternam in tempora
lem, scilicet crucis portandæ. cuius Canones aut
sacerdotes, nec statuendæ nec auferendæ habent
ullam potestatem. quanq̄ id, ab adulatoribus
noxiis seducti, præsumere possunt.

HIVIS propositionis nullam adhuc confutationem audi-
ui, nisi quod in contraria Eccii conclusione dicitur, hoc esse repug-
nans scripturæ & vñi ecclesiæ. verum, an aliam ille scripturā &
ecclesiæ habeat, ignoror. forte ecclesiæ malignantium, & ei⁹ ab-
usum intelligit. & scripturam, bullas & literas eorum. Mihi suffi-
ciit, qd ecclæ in his, que deus vult & facit, prorsus nihil possit,
hil pōt, præter orationem. claves habet, quibus vtitur in terris. Nec video,
quomodo ligare aut soluere possit, cuius prorsus nullam potest ha-
bere noticiam, cum vñi clavium necessaria afferatur scientia. De
iis abunde in resolutionib⁹ meis, quas vbi cōfutatas video, cedā.

CONCLV. QVINTA.

Quilibet sacerdos debet absoluere poenit-
tentem a poena & culpa, aut peccat. æque peccat
superior prelatus, si occulta sine causa reseruat
rationabilissima, quantumlibet vñs ecclesiæ, id
est, adulatorum resulit.

ET hanc vñi sanctæ matris Ecclesiæ aduersam Ecciana ar-
guit propositio. Ego vero, non quid fiat, sed quid fieri debeat, di-
sputo. qd aut sacerdotes restrinquentur per Episcopos, & Episcopi
per Papam, quo minus id possum, quod debent, quo iure id fiat,
fateor me ignorare. vñm video, ius querendo, ius inquam diuinum.
Nam, humanū & vñm pro eodem accipio. CVM em presbyte
ri & Episcopi, iure diuinio sint idem, & olim idem fuerint, dum po-
pulorum curam haberent, prædicando & ministrando, nō video,
quo iure Episcopi, relicto officio presbyteris, ius tamen presbyterie
orum secum ascendentis, sustulerunt.

Iuramentū epo MVLTA sunt & alia in iure & vñi ecclesiæ, quæ non capio
rū, qd pro pal- quō fieri potuerūt. Quale est iuramentū Eporum, qd pro palliis
Iiis p̄stare co- præstare coguntur, & in meram seruitutē iisqueimæ Rhomæ
guntur. capiuntur. Qualis est mēsis papalis, & gratiæ expectatiæ, Qua-

les reseruat
sed contrari

C
pro pec
volunta
ritate as

ET ha
bi scripsit:
cit, quicqu
tur: ne erg

C
N
quid lib
liberun
rum, su
non sol
tolli, qu

PR
qd vna so
peccati, ll
cuncq̄ vita
tatis. vtra
Qui faci
em quis
quo veru
spondeo,
Theolog
gulas cog
regulæ d
Episcopi
scriptura
nat, & q
Al
cium me

IONIS,
peccatum
osituam.

mpora
nes aut
habent
oribus

em audi
se repug
scripturā &
& ei⁹ ab
Mihi suffi
hil possit,
ec video,
n potest ha
ientia. De
dero, cedā.

e pœni
e peccat
reservat
lesia, id

Ecciana ar
debeat, dī
& Episcopi
ure id fiat,
n diuinum.
m presbyte
int, dum po
nō video,
en presbyte

e non capio
pro palliis
e Rhomæ
tiua, Qua

RESOLVTIO.
les reseruatiōes casuum, & infinita his similia. Que sunt quidē
sed contraria fieri debent.

FO. XVII.

CONCLVSIO SEXTA.

Forte satissimunt animæ in purgatorio
pro peccatis, sed quod deus a morituro plusquā
voluntariam mortem requirat, vanissima teme
ritate asseritur, quia nullis modis pot probari

ET hanc nemo adhuc tetigit, & abunde satis de his rebus ali
bi scripti: nec multum nocet, qd Ecciana propositio erroneum di
cit, quicquid hæc mea propositio statuit. quia multi multa loquun
tur: ne ergo eadem repeatam, illuc remitto vbi dixi.

Multi multa
loquuntur.

CONCLVSIO SEPTIMA.

Nec quid fides, nec quid contritio, neque
quid liberum arbitrium sit, ostendit se nosse, qui
liberum arbitrium actuum suorum, siue bono
rum, siue malorum, dominum esse balburit, aut
non sola fide verbi quem iustificari, aut fidem no
tolli, quolibet criminis somniat.

Tres errores Eccianos hic signavi.

PRIMVS, qd liberum arbitrium sit dominus actuū suorū,
qd vna solius Ap̄li autoritas satis confutat, Rho. vi. Fuitis serui
peccati, liberati aut a peccato, serui facti estis iusticiæ: ita in quo
cunq; vitæ statu sumus, serui sumus, seu concupiscentiæ, seu chari
tatis, vtraq; em dominabitur lib. arbitrio. sic Christus Ioan. viij. tia & charitas,
Qui facit peccatum, seruus est peccati. Ita & Petrus. ij. Petri. ij. a quo lib. arbitrio do
em quis superatus est, huius & seruus est. Si dices, Est tamen ali minatur,
quo verum sensu, lib. arb. esse dominū, no excludendo gratiā, Re
spondeo, siue sit sensus, siue non, Theologii decet loqui ad vsum
Theologiae & sacræ scripturæ. Et cum in suas repertas loquendi re
gulas cogant omnes Christianos, cur tam liberi sunt cōtempentes
regulæ diuinæ? Fateor liberū arbitriū posse dici dñm, Principem,
Episcopū, regē, & alia quæcūq;, sed hæc periculo gratiæ dei, &
scripturæ intelligendæ dicuntur, quæ seruitutis vocabulo nos sig
nat, & qui alter lib. arb. intelligit, no intelligit.

ALTER error magis noxious, & qui euidenter indicet, Ec
cium meū nescire, quid fides sit, dum negat per eam solā iustificari

B



SEPTIMAE CONCLVSIONIS,

hominem, sed nec quid sit iustificari intelligit.

DICIMVS ergo cum Paulo Rho. i. iusticia dei reuelatur in illo ex fide in fidem, sicut scriptum est. Iust⁹ ex fide viuet. An Apostolus ab Eccianis docendus fuit, ut glosam illam mirabilem adderet, sed non ex sola fide? Item Rho. x. Corde creditur ad iusticiam: vide, ut hic soli fidei tribuat iusticiam adeo, ut solum cor nominet, ceteris membris quæ operentur, tacitis. Ore inquit, confessio fit ad salutem, sed ubi iam iustificatus est per fidem.

Iustus ex fide
viuet.

Nulla opera iu-
stificant, sed so-
la fides.

Simile.

Lex iusto non
est posita.

Tota Christi
philosophia fi-
dem sine ope-
ribus cōmen-
dat, preter vni-
ca Iacobi auto-
ritas.

DICAM ergo, ut nugas istas insulsas sophistarum præteream, Nulla opera iustificant seu iustum faciunt, sed sola fides; iustificatus autem facit opera: sic enim habet sensus scripturæ, ut iustificatio sit prior operibus, & opera fiant a iustificatis. Non enim (verrat Aristoteles) iulta faciendo, iusti efficiuntur, sed iusti facti, operamur iusta: sicut non fit Episcopus, opera Episcopi faciendo, sed Episcopus factus, facit opera Episcopi. Si non opera fidei faciunt fidem, sed fides facit opera fidei. Sic non opera gratiæ, faciunt gratiam, sed gratia facit opera gratiæ. inde est, quod deus respicit primum ad Abel (in quo sibi placet) & sic tandem ad opera. Hoc est, quod vult Apostolus, quod sola fide iustificamur, non operibus, licet opera iam iustificati, non omittamus. ET inde latus audet dicere, quod lex iusto non est posita. quia iam iustus ex fide, non eget lege, sed sua sponte facit opera. Hunc loquendi & intelligenti modum in operibus suis, submersi nunquam intelligent sophistæ huiusmodi. Nam, quod Rho. ij. dicit. Non auditores legis, sed factores legis iustificabuntur. loquitur quod reputantur iusti, non quod per opera iustificantur, atque facere legem, est implere legem, quod est credere in Christum. Q. VOD autem Iacebi Apololi epistola inducit, Fides sine operibus mortua est: primum stilus epistolæ illius, longe est infra Apostolicam maiestatem, nec cum Paulino vlo modo comparandus. Deinde, de fide viua loquitur Paulus. Nam, fides mortua non est fides, sed opinio. At, vi de Theologos, hanc vnam autoritatem mordicus tenent, nihil præsus curantes, quod tota alia scriptura fidem sine operibus cōmendet. hic enim mos eorum est, vna abrepta oratiuncula textus, contra totam scripturam cornua erigere. Debebant ergo hi, qui titulo Theologiae instantur, discere primū, quid esset fides & opera iuxta scripturas, ac non mox damnare, quicquid contra suas opiniones inueteratas offendissent. Quod si populus his offenditur, suis imputent infœlicibus studiis, quod populum non docuerunt intelligere verba dei, & tropos scripturæ necessarios ad salutem. Ipsi autores sunt scandalorum huiusmodi. Multo periculo prædicantur opera præ fide, Fides autem sine opere nullo periculo prædicatur. propterea, quod facilis est, & proliuis populus in fiduciam operum, & opera facile præponderat fidei, ubi autem pura fides recte docetur, sponte sua, & sine periculo venient opera, dum didice-

RESOLVTIO.

FO.XVIII.

rint, maiorem vim, immo, totam in fide positā, quæ faciat opera. Horror est intendere, quā ignari sint etiam Theologi, nedum populi in cognitione fidei, quā profitentur. adeo ecclesia repleta est iactantia operum extenorū, vt Christ⁹ de nostro tempore dixisse videatur, Filius hominis cum venerit, putas inueniet fidem in terra. Breuter. Cum fides sit recta & bona opinio deo, Opinio Fides quid. autem quilibet per se solam hominem trahit in opera, Nō est dubitandum, quia omnia opera faciat, qui fidem habuerit. SI enim Cui fides est, opinio & amor mulieris, non sinit esse otiosum, sed sine lege & hic sua sponte magistro, facit plura quā postuletur, quomodo non fides, multo opera facit. magis idem præstet. Mundus regitur solis opinionibus, & sola fide non possit regi Christianus. Deniq; quis docet sophistas Theologos, tot & rāta facere, pati, cogitare, vitare, pro opinionib⁹ suis? Nōne sola affectio opinionis suæ, Sed alias plura.

TERTIVS error impiissimus, quod fidem non tolli quolibet criminē dicit, cum fides sit iustitia, crimen autem contrarium iniusticia. At scio quod mihi commentum, de fide infusa & acquista, obicitat. sed nunquid hoc est boni viri, nedum Theologi officium, scire alicuius propositionem esse veram, & tamen alium sensum querere, quo eandem garris esse falsam, & ita ad vocem & vocabuli equivocationem veritatem calumnieris? Quā eximia uero Theologia hæc est, vt hanc: Canis est animal latrabile: op̄ pugnes & dicas. Contra, Canis est sydus cœlestis, cum scias certissime canem ab illo aliter acceptum, quā abs te.

Sophistica argumentatio-

ISTA sophistica & odibilis duplicitas, seu rectius multiplicitas, cui non odiosa sit in Protheo, nedum in Theologo: Verum, quando Eccius titulo præfixo, contra nouam doctrinam disputare se dicit, intelligo eum pro simplicitate theologica, non de alia si de loqui, quā ego locutus sum. alioquin non contra meam nouam doctrinam loqueretur, & titulus mentiretur. Ideo dico, quod sua hæc contraria propositio, sit omnium quas viderim unquam, hæ reticissima & impiissima, vt quæ fidem solam iustificatricem, contra Paulum Apostolum, & Euāgelium Christi neget, & eam nullum contra scripturas defendit.

CONCLV. OCTAVA.

Veritati & rationi contrarium est quidem, inuite morientes deficere in charitate, ideoq; pati horrorem purgatorii, modo veritas & ratio sit idem, quod opinio Theologistarum.

E ii

NO, ET DECIMAE CONCL V.

HAEC nullum adhuc habet confutatorem, & de eadem multa in Resolutoriis dixi, ne sim tedium, repetere nolo.

CONCLV. NONA.

Animas in purgatorio esse certas de salute sua, nec gratiam in eis augeri, scimus a theologis asserti, sed miramur doctissimos viros, quod huius fidei suae rationem, nec stultae verisimilem reddere possunt.

Nemo certus
est, quid cum
anib⁹ in pur-
gatorio agat,

Lutheri sente-
tia de anima
bus in purga-
torio.

HANC multis impetravit Eccius, sed nihil effecit: tamen nullus hominem scire possit, quid cum animabus agatur in purgatorio. Hac ignorantia, professione, facile eludo omni contraria argumenta: quod nullum posse docere, quod nec vidit, nec audiuit, nec in cor hois ascendit. Opinari possimus de iis & similibus, quantum volumus: sed solis theologis conuenit, ut quae opiniones sunt, pro articulis certissimis fidei iacent. Ad argumenta vero, quorum caput est, & una virtus illud, hic omne meritum comparari, non illic, Responde satis in resolutorio, nec ego eas mereri dixi, sed gratiam non augeri, & in statu merendi non esse eas: dixi nondum demonstratum esse, postquam fuerit demonstratum, cedam.

CONCLVSIO DECIMA.

Meritum Christi esse thesaurum ecclesiae, & sanctorum meritis nos iuuari, certum est. Esse autem thesaurum indulgentiarum, nemo nisi foedus adulator, extrauagantes a veritate, & fictae quaedam ecclesiae praxes, aut usus, simulant.

HIC forte propter illam declaratoriā Leoninā, addenda sunt quædam iis, quæ copiose in resolutionibus dixi. Primo, quicquid sit de extrauagante illa & declaratoria, certum est in manu ecclesiae, aut Papæ proflus non esse, articulos fidei statuere, immo, nec leges mortu⁹, seu honorum operu⁹, quod haec oīa in sacris literis sint tradita. Ideo reliquum est, ut articulorū declarandorū tantummodo p̄tate habeat, deinde, ceremonias ordinare ad externā speciem ecclesiae dei, quas rursum destituat, si pietatis ratio postuleret.

DEINDE, in declarandis fidei articulis, oportet, ut non eos adhibeat, qui humanis traditionibus, iuribus, & opinionibus sunt exerciti: hi nihil boni declarabunt: sed theologos insigniter eruditos, viratas probatos. ut, & Ioan. Gerson censet. Non sicut hodie errant quidam pontificii adulatores, quod sine literis, sine ratione bonae vita,

pronunciā
mur eccl
pa & Ca
ducia pra
fultis sacra

SEC

gratia &

facta est

spiritu &

ta Christi

tenet ac

rit, Q uā

res, nega

Q V

Respo&

vendant

quā me

ita necap

R V

cedo, sed

Christi.

& sancti

runt in

Quare

uerentia

thesauru

poenitentia

ID

ibi emi

sacerdoti

Q

relinqui

postulo

faciend

bis pro

no, es

vitiu

stian

me d

PR

mas, qu

niūt hi



RESOLVTIO.

FO.XIX.

pronunciāt de capite suo, velut certi, qd spūsanct⁹ eos regat. Fate-
mur ecclesiā nō deserī spū Christi, sed ecclesiā ibi nō intelligit pa-
pa & Cardinales, aut etiā Conciliū. Ideo ponēda est ista stulta fi-
ducia præsentis spūs, securitasq; pronunciandi, & cum timore con-
sultis sacris literis res gerenda.

Ecclesia nō est
sita in auctori-
tate papæ, car-
inalis, aut cō-
cilii.

SBCVNDO dico, Q & merita Christi sunt spūs & vita, sunt
gratia & veritas, vt Ioan. i. Gratia & veritas per Iesum Christū
facta est: cum aut̄ in nullius hoīs præte sit, gratiam & veritatem,
spiritū & vitam tribuere, Ideo nō poterit Papa vel ecclesiā meri-
ta Christi dispensare: id est, gratia & veritatem, & hanc sententiā ita
teneo ac tenebo, etiā si angelus de coelo, ne dum papa aliud dixe-
rit. Quādoquidem & vniuersa ecclesiā, omnesq; in vnum docto-
res, negent gratiam dei per hominem dari.

Papa vel ec-
clesia nō pot-
est merita Chri-
sti dispense-
re.

Q VOD si dixeris, applicare tñ pōt merita Christi q voler:
Respōdeo. Merita Christi sunt gratia & veritas, sive dentur, sive
vendantur, sive dispensentur, sive applicentur. Nō em̄ fiunt aliud,
quā merita Cbristi, in quocunq; eorum v̄ su. ideo, sicut nec dare,
ita nec applicare ea potest homo, dicas quid velis.

Merita Christi
sunt gratia &
veritas.

R VRSM dices ministerialiter dat merita Christi. Hęc cō-
cedo, sed nō p indulgētiis, quia indulgētiæ sunt cōtrariae meritis
Christi. Merita Christi sunt grā & veritas, q faciūt meliorē in spū,
& sanctiorē eum qui cōsequit. Indulgētiæ vero nihil boni conse-
runt in spiritu, sed remittunt bona spiritus contra merita Christi.
Quare ipsi viderint sua verba & vñum suum. Ego, salua eorū re-
uerentia, dico qd vt verba sonant, Merita Christi non esse posse
thesaurum indulgentiarū, sed contra, thesaurū impositionum &
pecunarum ferendarum, omnino cōtraria indulgentiis.

Condonatio-
nes quā vim
habeant.

IDEO fateor ea cōferrī ministerialiter in absolutione culpx,
ibi em̄ res spūtus agitur, ibi merita Christi operantur ad verbum
sacerdotis, si credit peccator, alias nequaquam.

Q VARE declaratoriam illam non dāno, sed in suo sensu ea
relinquo. Si aut̄ aptata fuerit, vt cōtra prædicta militet, respuo &
postulo, vt reddatur ratio dictorum. Deinde, ostendatur potestas
faciendi articulos fidei, aut proferatur p̄bata reuelatio, nudis ver-
bis prohibet me Paulus credere.

CONCLVSIO VNDECIMA.

Dicere indulgentias esse bonum Christiano, est insanire: sunt enim verissime operis boni
vitium. & improbare indulgentias debet Christianus ob abusum, quia dominus dicit, propter
me deleo iniquitates tuas, nō propter pecunias.

PROPHETĀ psal. xluij. appellat insanias, falsas hoīm doctri-
nas, quibus colitur deus, cōtēpto eius mādato. quāto magis insa-
niūt hi, qui cum indulgētiæ sint remissions honorū operū, & fa-

E iij

adem mul,
de salute
theolo-
ros, qd
similem

ullus hoīm
Hac igno-
rād null⁹ pos-
uit. Opinari
s theologī
simis fidei
yna virtus
i satis in re-
peri, & in sta-
esse, postq

clesiae, &
est. Esse
si fœdus
ctæ quæ

denda sunt
o, quicquid
nū ecclesiæ,
o, nec leges
int tradita.
modo præte
em ecclesiæ
nō eos ad-
ib; sunt ex-
er, eruditos,
odie errant
bonæ vitæ,



DVODECIMAE CONCLUSIONIS,

Insaniunt, q in lubritu pœnarū, audeat hæc bona, pfiteri Christiano, cui⁹ bona sūt indulgentias hoī esse plenū bonis operib⁹ & pœnis crucis, imagine dñi sui Christie pdesse afferūt DEINDE semper sunt vitiū operis, dum non daretur id qd⁹ datur, nisi indulgentias scirent reddendas, ita propter malum suū seu minus bonum, faciunt bonum suum, ybi certum est, quod nō queritur deus, ed ipse homo.

NOTA

TENTA &, videbis me verū dicere. Nam, in Italia ybi gratis sunt indulgentiae passim expositæ, nemo eas curat. In Germania cōtra, nisi des, eas nemo tibi dabit. ita mirū est ingeniuū indulgentiarū, qd aliter in Italia, aliter in Germania regnant.

HANC ppositionem Ioan. Ecclis Lipsiæ impugnauit, sed ita, vt in sibilum pene ierint yniuersitatem indulgentiam, neq; ipse em Germania sub viuis est eas magnificare. acq; ytinā iam diu sic fuitssent cōmēda condonatiōnē tæ, sicut ab Eccio nostro sunt cōmendatæ, minus rapinariū & spō prætextu, per liorum Rhomana auaritia tulisse e Germania. tum non ita irrisi Rhomāos spō sent Germanorū barbarem ruditatem Rhomanes populorum illata. Cætera in resolutorio.

CONCLVSIO DVODECIMA.

Papam posse remittere omnem pœnam pro peccatis debitam, huius & futuræ vitæ, & quod indulgentiae prosunt non criminosis, somniant secure indoctissimi sophistæ & pestiferi adulatores, non tamen vel nutu possunt ostendere.

ET hanc nemo aggressus adhuc, quem viderim, præter ppositionis Eccianæ ventu, ad quem non est secura pluvia.

VERVM, quia & hæc est contra nouissimam declaratoria, quæ dicit, Ecclesiam remittere pœnas pro peccatis, secundū iusticiam diuinam requisitas. Hic dico.

SAEPIVS dixi, Ecclesiam nihil posse contra iusticiam diuinam, præter orationem, nisi equiuoce iusticiam diuinam accipias.

Pactum ecclesiæ cum iusticia diuina.

NAM, mihi nullum dubium est, pœnas quas ecclesia requirit a peccatore, simul requiri a iusticia diuina, per pactum quod fecit cū ecclesia, dicens. Q uodcūq; ligaueris super terram, ligatum erit & in celis. Vbi clare dicit ligari apud se, qd in ecclesia ligatuū est, & ita consonat iusticie ecclesiæ & dei super peccatore. Verum, hoc mō nō habet ylus loquendi, qui per iusticiam diuinā, intelligit aliam seorsum extra pactū iusticiā dei, secundū quam ecclesia non impo suit aut imponit. DE hoc dico, si declaratoria loquatur, nō ei credam. Sinam tamen esse opinionem, sicut & sumpta est ex opinionebus. Nam: vt dixi: novos fidei articulos non recipio, a quo cunctū statuātur, nisi assit, pbata reuelatio. Nec declaratoria articuli cuiuscunq; nisi per diuinas scripturas declarauerit. Quārū ne syllabam quidē habet ista declaratoria, Juristica magis quā Theologica.

AN hic mihi obstreput, magnam & infallibilem esse autoritatem ecclesiæ.

tatem ecclie
Euangelio
pelagus dis-

DICO

autoritatē
risperditis e
intelligenti
gistris pall
curant) cun
næ ecclesia
bemus eti

A

ESSE
Ilo non cre
quā Euan
pæ hinc tr
Deinde, ea
reluctari

Q VA
ti, damna
hinc sequi
per hoc su
fuerit. Q
quo dicit
citur deus
nor ipso,
sux. Et F
yocatur
& porta
mur ver
SII

nunt, Q
fontem
dament
studiosi
sensum
Euange
li Thral
ecclesiæ
tia, & te
multis
decepri
P
motu h
gillem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021029-13/fragment/page=40

Stadtarchiv
Dessau-Roßlau

RESOLVTIO.

FO. XX.

tatem ecclesiæ, quæ spiritus sancto regatur. Deniq; luxa Augu.
Euangelio non crederem, nisi ecclæ crederem. Hic sane, nouum
pelagus disputationis nauigandum est.

DICO, sicut paulo ante dixi, magnæ & infallibilē esse ecclæ
autoritatem, qd spū Christi regatur, pleno corde confiteor. Sed iu-
ris perditis quibusdā & assentatoribus Theologis, debemus hanc
intelligentiā, qd ecclæ ibi pro Notariis & poenitentiariis aut ma-
gistris pallaci Papæ accipitur (Nam ipsi pontifices, raro has res
curant) cum de yniuersali ecclæ tota loquatur, non de Rhoma-
næ ecclæ quadā parua, & nōnumq; vilissima parte. Et inde ha-
bemus etiā bullas & definitiones ex vrbe, dignas tali ecclæ.

Ad autoritatem Aug. dico primum,

ESSE eius vulgatam quorundam sententiam hanc, Euange-
lio non crederem, nisi ecclæ crederem. id est, plus credo ecclæ
quā Euangelio. Et qd hæc eorum sit sententia, ex eo patet, qd Pa-
pæ hinc tribuit autoritatem interpretandæ scripturæ, soli etiam.
Deinde, eam opponunt omnibus, quos audiunt vel dubitare vel
reluctari pontificum vel literis vel factis.

Vide qd hæc
sibi velit Aug.
autoris Euā
gelio non cre-
derem &c.


Q V A sententia, nec Lucifer ipse, nec oēs heretici simul sumptu-
ti, damnationē, immo nec similem impietati cogitauerūt. Nam,
hinc sequitur, Papā & Notarios pallaci esse supra Euangelium, ac
per hoc supra deum, cum Lucifer solum æqualis deo esse conatus
fuerit. Q uia sapiētia noua, Papam nobis hominē illum statuunt, de
quo dicit Paulus, Qui extollitur supra omne qd colitur, aut qd di-
citur deus. Ecclesia em̄ creatura est Euangelii, incōparabiliter mi-
nor ipso, sicut ait Iacobus. Voluntarie genuit nos verbo veritatis
scripturæ. Et Paulus, Per Euangelium ego vos genui. Unde idem verbiū,
yocatur yter & yulua dei. Isa. xlii. Qui gestamini in ytero meo
& portamini in yulua mea, quia scz ex deo nascimur, & porta-
mur verbo virtutis suæ.

Ecclesia creatu-
ra est Euange-
lii.

SI hoc voluisset beatus Aug., sicut ei innocentissimo impo-
nunt, Q uis non Augustini mallet nunq; audiuisse nomē. Igitur ad
fontem eundū est. Scribit em̄ hæc ipsa b. Aug., contra epistolā fun-
damenti Manicheorum, nō V incentii (vt illi dicunt) cap. v. adeo
studiosi sunt, tum librorū, tum yerbōrum, vt nec ad originē, nec ad
sensum current pedem mouere: deniq; yerba Aug. quæ sic habet,
Euangelio non crederem, nisi me ecclæ cōmoueret autoritas, Il-
li Thraiones sic reddunt. Euangelio non crederem, nisi crederem
ecclæ. Inde nihil mirū, si tñm sit laboratū in hui⁹ dicti intelligentiā,
& tot sensuum riulos inde ductos, iustus em̄ labor is est, vt
multis torqueat interpretationib⁹, qui librū & autorē non dig-
nuntur lectione, sed de suis capitib⁹ diuinare conātur, yndelibet
deceptis depravatisq; dictis, intelligentiam.

PRIMVM, familiaris tropus est beati Aug. dicere, se esse cō-
motū huius vel huius autoritate, sic em̄ lib. i. Retra. Postea cū le-
gillem nōnullos diuinorū eloquiorū tractatores, quorū me moue-
aris,

Tropus Au-
gustino famili-
aris,



DVODECIMAE CONCL VSIONIS,
ret autoritas &c. Deinde, per autoritatē nō intelligit potestatem,
vt vulgo intelligitur, sed, vt latinissimi, quō Plinius, vīno vel gē
mæ solet præ cæteris autoritatē tribuere, cum nullius sint in alias
potestatis: quasi dicas, præciosam opinionem & valorem.

SECVNDO, ecclesiam hoc loco, nec Papā, nec R̄ homā accipie,
sed per totū orbem diffusam vniuersalem ecclesiā: vt mox ibidē
secutus dicit. Euangeliō em̄ Catholicis prædicantibus credidi.

EST ergo argumentū, scopus, & summa b. Aug. eo loco eius
modi, vobis Manicheis nō credo, quare? quia in Euangeliō nihil
de vobis lego. Cum aut̄ Catholici vos per totū mundū detestent̄,
Euangeliū aut̄ cōmendent̄ mihi, & constanter vbiq; prædicens,
Euangeliū aut̄ nō credidisse, nisi totus orbis tam concorditer do-
cens, hac autoritate sua me moueret ad credendū. simul eadem au-
toritate moueor ad vobis non credendū, quia nihil de vobis lego
in Euangeliō, cui, motus autoritate totius orbis, credo. Ex quibus
clarum est, Augustinū hoc velle, posse sc̄z probari tanto oīm con-
sensu, Euangeliū & ecclesia, & improbari hæreses contrarias tan-
te multitudini, præsertim vbi ii, cum quibus agitur, libros accep-
tant, ex quibus id probatur.

HVNC esse sensum beati Aug. patebit quibuslibet, qui p̄ce-
dentia & sequētia conferūt & scopū Aug. obseruant, frustra Ger-
son, frustra Mayron, frustra & alii, hoc de primitiua ecclesia, alii
de ecclesia cum Christo deo inclusio, intelligunt̄. Nam, & lib. cōfessi-
onū idem dicit, se nō leuiter motū ad Christi fidem, qđ videret fa-
cias literis a deo tantā esse datā autoritatē, qđ toto orbe haberētur
in summo autoritatē fastigio. Sic hic dicit se motū, tanto per orbē
populo in Euangeliū cōsentient, in quo tñ nihil inuenisset de Ma-
nicheis. ideo nō posse se Manicheis credere, quos illi detestarētur.
qđ Euāgeliū videbat ita cōstāter recipere, vt eorū moueret auto-
ritas ad credendū hoc esse Euāgeliū. Nec hoc ergo recte dicit, qđ ap-
probante ecclesia Euangeliū noscatur, cum de approbatione Au-
gu. nihil dicat. præsertim, si R̄ho, ecclesiam intelligas, sed de multi-
tudine totius orbis, quae res non leuis est autoritatis, cum sine dei
maximo miraculo fieri, tot resistantibus tyrānis, tot morientib⁹
Christianis, non potuisset, vt Euangeliū sic manaret & cresceret.
Si em̄ hoc non vidiisset fieri, Euāgeliū non crederet. Quid h̄c? An
non crederes etiam, si totus orbis infaniat contra Euangeliū? Dixi
ergo, qđ magis loquitur de cōvincendis hæreticis, & probāda fide
Catholica (hoc em̄ tunc agebat) quā de sua propria fide, quae non
vllorum autoritate, sed spiritu solo dei oritur in corde. licet per ver-
bum & exemplū moueat̄ honio ad eam. Et est simile, sicut deo
non credidisse, nisi Paulo prædicanti credidisse, quia fides nō
nisi ex auditu. Quod em̄ credent ei, quem non audierunt. Ita proba-
tio fidei, nō nisi ab exemplo totius ecclesia per orbem. quod em̄
persuadebit etiam si solus fortissime credit, nisi proferat & alio-
rum exemplum, & hoc quo poterit potentissimum;

Propria fides,
non ex alicui⁹
autoritate, sed
solo dei spiritu
in corde exo-
ritur.

RESOLVTIO.

FO.XXI

IGITVR nō crederem, necessario intelligitur, id est, nō possem persuaderi & persuadere ad credendū, alioquin falsissime dicer, cum solus spūs sanctus faciat credere quenq;. At iterū simile esto, Ioan. dicit, Qui nō diligit fratrem, quē videt, deum quō pōt diligere, quē nō videt; cum sit impossibile fratre diligī, nīl in deo prius dilectō. Est ergo sensus, nō p̄batur diligere deum, quem nō vider, qui non ostendit se diligere fratrem, quē videt. Vides ergo quā lōge abierint ab Aug., qui hunc tropū nō obseruauerunt, & quā inepte, ad Rho, pontificē & ecclesiā Rho, ista directa sint.

DICIS iterū, Christus rogauit pro Petro dicens, vt nō deficiat De fide Petri, fides tua. Si deficere accipitur latino tropo, manifestū est Petri si. Et quomodo dem deficisse, qñ cecidit negato Christo. Quare Petri fides tum deficere accipi non in Petro, sed in virgine Maria mansit, & in latrone dextro atur in verbis ora est. Eadem em̄ est Petri fides, quē oīm, sicut Aug. de trini Christi, tate dicit, lib. i. Hæc mea fides est, quoniā hæc catholica fides est. Atq; hoc mō fides Petri nihil ad Rho, ecclesiā; qd sensus est. Fide Christi (q̄ toti ecclesiæ est) quæ tunc in Petro finit, nūq; defecturā.

Slāt hebreo tropo deficere accipitur, pro finiri ac penitus cesare, nec aliquando reparari, clarum est Petri fidem cecidisse quidem, sed non deficisse, quia reuersa est a lapsu, verum ex hac personali fide, nihil pro villo Epō infertur, nec aliquid ad successore pertinet de hac fide, quantū verborum proprietas facit,

CONCLV. XIII.

Rhomanam ecclesiam esse omnibus aliis superiorem, probatur ex frigidiss. Rho. pon, decreis, intra. cccc. annos natis, contra quæ sunt historiæ approbatæ Mc. annorū, text⁹ scripturæ diuinæ, & decretū Cōcilii Niceni, oīm sacratissimi.

HANC edita resolutione aliquanto declarauit, plura dicturus futuris aduersariis. Interim, quia scandalosa est, p̄positio in aurib⁹ p̄teratis, id est, inuidiæ & superbiæ; pauca iterū, ne nuda p̄deat, addam. pro quo primū p̄bo, quālibet ciuitatē habere debere ep̄m propriū iure diuino, qđ ex Paulo, tit. i. ostendo, dicente: huius rei gratia reliqui te Crete, vt quā defun̄ corrigas, & cōstituas p̄sbyteros per ciuitates, sicut ego disposui tibi. Hos aut̄ p̄sbyteros esse Ep̄os, testatur Hiero, & textus sequens ostēdit, dicens: oportet em̄ Ep̄m esse irrep̄hēsibilē &c. Sed, & b. Aug. Ep̄la. xxix. ad Hiero. Ep̄m descripturus, rationem addit̄ & dicit. Erat em̄ ciuitas, q.d. nō erat simplex p̄sbyter, sed ep̄us, de q̄ loqr, q̄a erat ciuitas cui perat.

Secundo suppono, Christū habere, aut aliquī habuisse Christianos in om̄i termino terræ, vt in extrema parte Indiæ & Aethiopiarum, & aliis finibus, iuxta Psal. ii. Possessionē tuā terminos terræ,



DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS,
§. lxxi. dominabitur a mari vsc⁹ ad mare, & a flumine vsc⁹ ad ter-
minos orbis terrarum.

Tertio suppono, FIDELES Christianos posse esse perfec-
tos, & pauperes, relictis oib⁹ suis reb⁹, ita ut nihil p̄priū habeat.

Argumenta-
tum ex suppositis.

Tunc arguo, DENTVR hi fideles in extremo alio termino
terre, perfecti & pauperes: credis ne Christū, qui legē suā voluit
esse suauē, voluisse vt per tantū iter, tatis sumptib⁹, fideles sui Episcopū & Rhoma palliatū & cōfirmatū acciperet? Nā, hinc vere pl⁹
imposuit oneris ecclesiæ suæ, quā vnquā imposuit synagogæ.
Quin coegisset eos, paupertati Euāgelicæ renunciare, & cōtemp-
to p̄cepto ei⁹, curā habere & sollicitos esse, quō diuitias & sumpt⁹
coaceruare ēt, q̄ pallia & cōfirmationes impetrare possent. Nam, si
est ius diuinū, Ep̄os oēs e Rhoma accipere, Nō licet hoc villovel lo-
ci vel rerū casu infringere: ac per hoc infringere oportet aliud ius di-
uinū, scz ne solliciti sint de crastino, vt Matth. vi. docet. Impossibile
est em̄, a tot & tam remotis finibus terræ, tm̄ iter cōfici ab iis, qui
iuxta Euāgeliū solliciti nō sunt de crastino. nō em̄ habebūt sumpt⁹.

SI dices, p̄t Rho, p̄tīfex cōmittere vīcīnī Ep̄is p̄tātē suam.
Respōdeo, tunc nō erit ius diuinū, ex vrbe Rhoma Ep̄os petere:
quia ius diuinū nō p̄t mutari aut transferri in alii, ab eo cui⁹ est.
& cur nō hodie q̄c primatib⁹ nō confort hanc p̄tātē? Quid em̄
hic obstat, nisi detrimentū lucri & glorie? SED finge aliquā
ecclesiā ab hostib⁹ captā, vt nō possit ad Rhomā mittere p̄ Ep̄o.

Quid hic faciet: si est ius diuinū, captiuitas nō excusat. Ius em̄ diu-
niū est nulli rei alligatiū, sed super oīa in oībusq; seruandū: si dicas,
sufficit votū mittēdi. dico, Cur nō & in aliis Ep̄iscopatib⁹ hoc vo-
tū sufficit, qui exhausti sunt, & tam longe a Rhoina positi, vt mag-
no suo detrimēto (cōtra charitatē) Ep̄m emere cogantur?

SECVNDO, sequitur ex verbo Pauli, q̄ cuilibet ciuitati Ep̄m
tribuit (qui hunc plebani dicitur) Ep̄os, patriarchas, primates, qui
hodie sunt esse iuris hūtani tm̄, qd & decreta indicant, quib⁹ Rho,
p̄tīfices sibi tribuit oīm ecclesiātū & dignitatū cōstitutionē. atq;
ita iure diuino, Papa nulli est superior oīno, aut solis plebanis supe-
rior est. Cæteris mediis ac maiorib⁹ suo iure & vsu superior est,
q̄ & Cardinalibus. Atq; vt pleban⁹ alteri nō p̄fertur iure diuino,
ita nec vllus Ep̄us vllī Ep̄o. Oīa em̄ hac per ecclesiā ordiata sunt.

EX q̄ vltierius sequitur, qd cum vñus Rho, ep̄us, nō possit oīm
parrochariū curā habere (quibus solis est superior iure diuino, si su-
perior est, vt dixi) non esse credendū, qd Christus ad impossibile
eum voluerit iure diuino astrinigi. ac per hoc, nec iure diuino superi-
orē esse oībus. Q d̄ si nō oībus, eadem rōne nulli particulariter. ac
sic oēs oīm ciuitatū Ep̄i æquales iure diuino sunt.

IAM qd in principio egimus, Cōcilii Cōstantiense determina-
uit, Cōcilii esse supra Papā, sicut & hui⁹ determinationis vñus ibi
dē seruauit, deponēdo & statuēdo Papā. At, si in iure diuino Papa
oībus superior, Conciliū haretū & fecit & definitū, quia haretū

Oēs Ep̄i, iure
diuino, sūt æq-
ues.

RESOLVTIO.

FO. XXII.

ticū est, diuinum ius damnare, & contrarium statuere.

Q VOD si dixeris, Conciliū non Papā, sed hoīem dāt vel uiū ius dāna-
aufert, papatu semper manente. R espondeo, hoc est ridiculū & in re, & cōtrariū
sulfum cōmentū. Sequitur em̄, qd non papam vt papam, sed hoīem
minē tm̄ deponit: ergo Papa depositus papa erit, quia manet idē
qui pri⁹, cum in eius papatu nihil sit actum. Q uid moror? Nō in
hoīem agit, sed in papā vt papā, quia administrationem ei aufert,
tanq̄ habens prātem tradendæ administrationis, non secus quam
papa ipse Ep̄m statuit. vbi vtq; nō hoīem vt hominē, sed Ep̄m
vt ep̄m statuit, conferes ei administrationis ius. Alioquin, & hic
dicerut, Non Ep̄m statui aut Ponti, sed hominē ep̄scopatu manē-
te. Has laruas inuenierūt, dum Ep̄scopatū non officii, sed dignitatis
vocabulum (nescio in quo vniuersali reali latentis) fecerunt.

Q VOD si papa est iure diuino, licet eum deponere vlo mō,
siue sit malus, siue bonus, siue heretic⁹, siue catholicus, sed est tole-
randus vsc; ad mortem: sicut Saulē a deo vnc̄tū iure diuino re-
gem, David tolerauit. Q uare, iterum errant & hæretica erunt de-
creta, quæ statuunt papam pro hæresi deponendū, quia contra ius
diuinū statuunt, cum non sit superior qui eum deponat. Si aī est
villus superior, vt Conciliū (qd verum est) iam ipse non est oīm
superior iure diuino, sed accipit hanc superioritatē humano Conci-
lliū iure, cui eam rursus debet, mutandā eius arbitrio.

PL VRA (vt dixi) prouocatus, nam seruanda sunt & in p̄si
dio arma, aduersus pertinaciam & mulorum.

IN fine repeto, qua in principio dixi, me prorsus cōfiteri &
queri primatū Rhō, ponti, quantus quantus est, fuit, aut futur⁹ est.
solum, qd nouum dogma esse scio, iure diuino eundē stabiliri: quia
nullus antiquorū patrū meminīt eius articulī fidei, qui tm̄ omnia
tam pie & solicite, quæ nostræ fidei sunt exquisierunt, nec secundū
eundē egerunt aut vixerunt: quos omnes hæreticos dīci nulla rati-
one patiar. Atq; idies magis mihi placebo, & superb⁹ fio, qd video
nomen pessimū mihi crescere. veritatem em̄, id est, Christū opor-
tet crescere, me aut̄ minui: plus gaudeo ad vocem sponsi & sp̄sce,
quā ad tumultū & clamorem luxuriosorum procōrtū metuo. Cer-
tus, qd homines qui videntur mihi aduersari, ipsi non sunt malo-
rum autores, nec eos odio habeo, sed Behemoth ille princeps ma-
lorum, quem per vmbras suas video, yellet mihi formidabilis fi-
eri, si posset, & veritatem e regno suo met̄ occasione exturbare. Sed
maiōr est, qui in nobis est, quā qui in mundo: quo duce, nihil profi-
ciet inimicus iste. Amen.


Christus est ip-
sa veritas.

Præsens male iudicat ætas, Iudicium melius posteritatis erit;

Lipsia, apud Melchiorem Lottherum, Anno
M. D. XX.

IS,
iq; ad tec
sse perfec-
ti habeat.
q̄ termino
uā voluit
es sui Epi-
c vere pl⁹
nagogꝝ.
cōtemp-
s sumpt⁹
t. Nam, si
ylovel lo-
liud ius di-
mposibile
ab iis, qui
sumpt⁹
tate suam.
os petere:
o cui⁹ est.
Quid em̄
ge aliqua
e. p. Epo.
is em̄ diu-
i: si dicis,
hoc vo-
ti, vt mag
tati Ep̄m
mates, qui
ub⁹ Rhō,
ionē, atq;
panis supe-
rior est,
re diuino,
liata sunt.
possit oīm
iuino, si su-
mposibile
ino super-
ulariter, ac
determina-
is vſus ibi
iuino Papa
ua hære-







Disputatio
magistri & C. rotost;

539



Resolutiones lutherianae

finitae anno

III
di

